REGESTA

sive

Rerum Boicarum Autographa

ad

annum usque MCCC.

e

Regni Scriniis

fideliter in Summas contracta

juxtaque genuinam terrae stirpisque diversitatem

in

Bavarica, Alemanica et Franconica

synchronistice disposita

Morawa
1830

curâ

Caroli Henrici de Lang

Sacrae Coronae Bavaricae Equitis aurati.

Volumen III.

Monaci

Impensis Regiis

1825.

Quod in opera suscepta studioque nihil remisimus, aliud jam Regestorum Volumen, idque tertium, ad annum MCCLXXV. usque feliciter perfectum, ut erat in votis, licet offerre.

Atque nos cum laudi nobis tributae, tum iis, in quibus ex aequo et jure moniti videbamur, pretium suum statuentes, quippe qui non nisi verissima quaeque et rectissima cupiamus proferre, ad pagellas hisce annexas selecta dedimus, quae per id temporis intervallum in evolvendo et recogno-

scendo utroque Volumine, primo et secundo, emendanda et explenda ultro se nobis obtulerunt.

Quodsi Deus vitam viresque concesserit, nulli dubitamus, quin intra anni spatium quartum Volumen et postremum, cum mantissa Supplementorum, sicut promisimus, simus exhibituri. In quo sane maxime erit quod laetemur, navatam sic et effectam esse operam, ad quam sese accingere et parare, opusque subire tandem, res iam satis anceps atque ardua potuerat haberi. Dabam Onoldi Kalendis Majis MDCCCXXV.

Emendanda et Explenda.

Volumine I.

pag. 3. linea 7. pro 15. Apr. legatur 18.
— 6. chartae Ludovici de a. 831. 18. Aug. subjungatur laudatio Lib. Prob. n. 11. item
— 8. chartae ejusdem de a. 833. Lib. Prob. n. 14.
— 10. l. 8. pro Reginesburg leg. Reganesburg.
— 12. l. 2. pro Naerden l. Naern.
— 16. l. 4. pro anno XLII. l. XXXVII.
— 18. in charta Karoli de a. 883. 28. Mart. suppleatur formula: *anno incarnationis.*
— 20. l. 13. pro Lezonis pone lezonis, et act. Ran . . . . rf; vid. v. *Hormayr* Beytr. I. 155
— 22. in subjuncta notula emendes Thembach in Gambach, Goldacum in Goldarum (forsitan Goldern, juxta coenobium Viehbach).
— 24. chartae Arnolfi de a. 895. 14. Maii subjung. „Lib. Prob. n. 27." item
— 28. chartae Ludovici de a 901. 10. Sept. „*Resch* Annal. Sabionens. et *Sinnacher* Beyträge n. 24. item chartae Ludovici de a. 903. „Lib. Prob. n. 34." item
— 29. ejusdem chartae de a. 901. 14. Febr: „Lib. Prob. n. 32."
— 38. in charta de a. 961. equidem haud nihil ambigam, an pro *Hertoldi* rectius ponatur *Bertoldi?* Vocabulo *scripturarum* autem subdes: „*Sacrarum.*"
— 42. chartae Sabionensi de a 979. super Fillac subjung. „ *Resch* l. c. III. 635. *Sinnacher* n. 4.
— — in charta infima, super Seicrstat, pro anno 980. leg. 981.
— 49. chartae de a. 999 25. Oct. subjung. „*Resch* l. c. III. 643. *Sinnacher* n. 63.
— 50. in charta Tegernseensi de a. 1012. 12. Nov. omittatur „M B.„ laudatio.
— 52. chartae de a. 1002. 24. Nov. subjung. „*Resch* l c. 704. *Sinnacher* n 65.
— 54. in charta de a. 1003. 9. Sept. ad verbum „in pago Duria" quaeratur: Thurgau?
— — chartae de a. 1004. 10. Apr. subjung. „*Resch* l. c. 707. *Sinnacher* n. 66
— 57. in charta de a. 1007. 19 Maii nuper quidem alii locum Buochinebach co, quod in comitatu Ruodberti erat situs, mallent haberi pro loco Puchpach, in praef. Burg Lengenfeld; item
— 58. locum Scambach pro villa Ober- et Unter-Schambach prope Kelheim. Locum Ahabach l 3. putes Abbach; locum Holzheim denique, l 4 quaeras in praef. Burg Lengenfeld.
— 59. lin. 1. charta suspecta illa de a. 1007. exordiens: „Rex *saluberrimus*" adulterata videtur ad exemplar aliarum Henrici Regis chartarum, cum introitu: Henricus Rex . . . saluberrimis igitur.
— — in notula subjecta praeter nomen Weigelshoffen ponatur adhuc: Weilershoffen? et praeter Wollerstadt etiam Weilersbach?
— 60. in charta de a. 1008. 6. Jul. locum Machindorf rectius forsitan deprehendimus apud Machendorf, praef. Parsberg.
— 62. lin. 1. pro Rapni l. Regni.

pag. 64. ad loca Hollenbach (Weilenbach, praef. Ried) Antessna (Antissenhof, praef. Schärding) et Uuineringa (Winhöring, praef. Alten Oetting), in charta de a. 1014. non possum non laudare: „Geöffnete Archive" III. 841.

— 68. Tenindorf in charta de a. 1017. putes Deindorf, Zigoutilinland Gutenland hodie, et Zihullistetti: Hüllstetten.

— 70. ad chartam de a. 1021. 3. Jun. laudatis adjicias: „Lib. Prob. n 54." item

— 76. literis Conradi de a. 1027. „*Sinnacher* n. 74." item

— 79. ejusdem Imperatoris literis de a. 1034. 21. Apr. „*Ded. Furth.* n. 53." item

— 80 literis Heinrici de a. 1040. 16. Jan. „*Sinnacher* n. 85. & 83." item

— 83. in confirmatoria Clementis Papae de a. 1047. pro Herbipolensi legatur Wirceburgensi.

— 84. literis Heinrici de a. 1048. 25. Jan. subdes *Sinnacher* n. 87. item

— 87. confirmatoriae Leonis Papae de a. 1052. „*Ded. Furth.* n. 53." item

— 88. literis Heinrici de a. 1057. „*Sinnacher* n. 91." item

— 89. ejusdem literis de a. 1053. „*Ded. Furth.* n. 54." item

— 97. ejusdem literis de a 1067. 12. Aug. „*Ded. Furth* n. 26." sed perperam ibi sub anno 1068.; itemque in charta Adalberonis pro Herbipol. leg. Wirceburg.

— 98. ejusdem literis de a. 1073. 23. Maii subjung. „*Sinnacher* n. 96." item

— 99. ejusdem literis de a. 1070. 29. Dec. „*Ded. Furth.* n. 57." item

— 100. ejusdem literis de a. 1077. 13. Jun. nec non illis super pago Pasir: *Sinnacher* n. 97. 98. item

— 104. ejusdem literis de 1091 „*Sinnacher* n 101." item

— 116. literis de a. 1116. super allodio Wilenbach: M. B. XXIV. 1. item

— 118. in charta Brixinensi de a. 1120. super praedio Vochina (Wochein) add. „*Sinnacher* l. c. III. 105.

— 120. confirmatoriae Calixti Papae de a. 1123. 3 Apr. „M. B. XXIV. 10." item

— 124. donationi Karoli de Smalnahe de a. 1125. „M. B. XXV. 101.

— 141. in charta Embriconis de a. 1136. pro Herbipol. leg. Wirceb.

— 154. chartae Ensdorfensi de a 1139. subjung. „M. B. XXIV. 15.

— 157. in charta Embriconis de a. 1140. verbum „Sanctum Macarium" mutes in „Sanctum Virum Macarium.

— 160. Engilberti Ep. notitiae de a. 1140. circiter, subjungatur: „M. B. XXV. 103." item

— 178. ejusdem chartae de a 1145. „M. B. XXV. 101.

— 180. in bulla Eugenii Papae de a 1146. pro MDXLV. legatur: MCXLV.

— 185. lin. 1. Cunizza pro Cumeza.

— 189. inter Alemanica ad a. 1147. Rudolphus ille de Spizenberg cognatione sua Helfensteiniorum stirpi nexus videtur.

— 207. traditioni Eberhardi Ep. de a. 1152. subjungatur: „*Ded. Furth.* n. 59.

— 218. lin. 3. ab imo pro inaedificato l. inaedificata.

— 224. in literis Friderici de a. 1157. non *actum* Ulme, sed *datum*.

— 235. ejusdem literis de a 1160. 14 Febr. subjungas: „*Ded. Furth* n. 61" item

— 237. ad lin. 4. eandem Deductionem; item

— 240. Hartwici Ep. literis de 1161, priori „Lib. Prob. n. 69, posteriori num. 223.

— 249. l. 3. pro Aefres leg. Aufsces et lin. 9. voci Cella Dominae Paulinae adjungas „(Paulinzell).

— 277. lin. 3. inter Alemanica pro Hiemo legatur Thiemo.

— 304. chartae Brixinensi de a. 1179. subjungatur: „*v. Hormayr* Beytr. II. 75." et renunciationi Friehamensis villae: „Lib. Prob. n. 224." item

— 321. Berchtoldi Marchionis resignationi de a. 1182. „*v. Hormayr* Werke III. 425. 27." item

pag. 326. donationi Ottonis de Wannnenbach de a. 1184. „M. B. XXV. 104." item
— 330. confirmatoriae Urbani Papae de a. 1186. „M. B. XXV. 105." item
— 358. lin. 7. ad laudatum Lib. Prob. suppleas „num. 61." item
— 363. ad chartam Michelveldensem de a. 1194 „M. B. XXV. 108.
— 364. in fine pro 1159. leg. 1195.
— 368. ad chartam Michelveldensem de a. 1196. circiter, subjungatur: „M. B. XXV. 105.
— 380 ad chartam Ensdorfensem de a. 1199. denique: „M. B. XXIV. 42.

Volumine II.

pag. 12. in charta Leopoldi Ducis de a 1204. 26. Apr. loca Chreuspach, Erlaphe et Persnich hedie Kroisbach, Erla et Perschling, fluviosque Piestnich et Triestnich Priesling et Triesting nuncupari, aumus edocti.
— 20. datur diploma Philippi Regis de a. 1206. apud Erisheim; forsitan Ensheim?
— 23. chartae Henrici Episcopi Wirceb. de a. 1206. subjungatur: „v. *Hormayr* Beytr. II. 303.
— 24. charta Philippi Regis data Egrae anno circiter 1206.; rectius forsitan 1207?
— 36. in subjecta nota pro Weilbach leg. Wollbach, pro Nordheim Nornheim, et per locum Veagirsrhit indicatum velis „(Krumbachbad)." Inter Alemanica lin. 5. legatur; Cosmodin pro Confundia.
— 40. l. 5. leg. *Ottonem* pro Fridericum.
— 48. charta Friderici perperam relata ad a. 1212. quo anno Fridericus Germaniam neutiquam intravit, rectius ponatur ad a. 1213. cui sic quidem nec Indictio I. repugnat. Pro varia et diversa ratione, qua primordium anni, hinc atque illinc Regnorum et Pontificatus principia sumebant, non est, quod mireris, si tantis difficultatibus obluctans mens manusque labet quandoque.
— 85. chartae Ekkeberti Episcopi de a. 1217, pro anniversario, laudandum subdes v. *Hormayr* l. c. II. 294.
— 96. omnia nos movent, ut utrasque chartas Friderici de a. 1219. referamus ad a. 1218.
— 102. in charta Udalrici et Heinrici Episcoporum annus 1219. typothetae vitio positus, emendetur in a. 1220. Contra
— 103. chartae Friderici, anno 1220 neutiquam congruenti, melius interim apponas a. 1219.
— 116. chartae Alberti Comitis de a. 1221. subjungatur v. *Hormayr* l. c. II. 174.
— 122. chartae Friderici rectius adscribatur annus 1220.
— 162. chartae Heinrici Brixinensis Ep. de a. 1227. subjungatur „v. *Hormayr* l. c. II. 195." item
— 168. chartae Michelveldensi de a. 1227. „M. B. XXV. 111.
— 174. charta Henrici Regis Augustae VI. Id. Oct. Ind. I. referatur ad a. 1227. quo eodem dato sunt alia quoque regesta p. 166.
— 184. chartae Brixinensis Ep. de a. 1229 subdes: „v. *Hormayr* l. c. II. 170." item
— 191. lin. 2. ab imo leg. Franconia pro Franconia.
— 196. mandato Gregorii Papae de a. 1231. adjic. „Lib. Prob. n. 70.
— 205. l. 1. pro Hittenberg leg. Hiltenberg.
— 208. l. 4. ab imo in charta Friderici 1232. pro 1223.
— 228. inter Alemanica legalium pro legagium.
— 231. l. 3. ab imo, post verba: „Soror Adelheidis de Hiltenburch" inseratur; „filia"
— 238. linea ultima laudato Lib. Prob. affigatur n. 73.

pag. 254. charta Friderici referatur ad a. 1235. sicut alia ejusdem anni p. 244. seqq.
— 257. chartam E. Commendatoris in Rode, quum certum annum neutiquam prae se ferat, ad annum qualemcunque *circiter* tantum debuisset adsignari, parum recte relatam esse ad a. 1236., quo insulam Rhodos equites necdum possederint, certe aegre ferimus; charta ista, vix ad a. 1309. ponenda, Regestis nostris prorsus est aliena.
— 274. Bullae Gregorii Papae pro ecclesia in Rute de a. 1238. subjung „Lib. Prob. 75.
— 281. Perpendenti, quod Fridericus, hic dictus *Imperatur quondam*, a. 1239. demum fuerit excommunicatus, placebit forsitan chartam Fuldensis Abbatis de a. 1238. proferre in annum subsequentem.
— 302. diplomati Germanici idiomatis primo de a. 1240. subjung.: „*Wagenseil* Magazin von und für Schwaben II. 1." item
— 304. l. 4. chartae Brixinensi de a. 1240. „v. *Hormayr* l. c. II. 325." item
— 325. in charta Friderici de a. 1242. laudatae *Ded. Furth.* adscribatur num. 65.
— 358 Bullam Innocentii IV. licet annum pontificatus II. prae se ferat, tamen referri oportet in annum Pontificatus I. 1244., quippe apud civitatem Castellana datam.
— 373. literis Henrici Rasponis de a. 1246. subjung.: „*Schmincke* diss. de vera epocha electionis et mortis Henrici Rasponis.
— 382. l. 7. in charta Heinrici de a. 1247 pro die XXI. leg. XXII.
— 387. l. 5. ab imo l. Frawenrode pro Trowenrode.
— 402 lin. ultima privilegio Innocentii Papae de a. 1249. subjung.: „Lib. Prob. n. 76." item
— 404 lin. ult praecepto ejusdem Papae: „Lib. Prob. n. 77." item
— 407. chartae super Mistelvelt de a. 1249. „von *Hormayr* l. c II. 297." item
— 428. l. 2. inter Alemanica: „*Dolp* gründl Bericht von der Reichsstadt Nördlingen n. 64.
— 432. l. 7. ab imo pro Schelarn leg. Scheftlarn; ad
— 440 denique recte moniti agnoscimus, chartam monasterii in Stams a nobis perperam relatam esse ad a. 1250. *circiter*, quippe quo monasterium illud ortum suum nondum habuerit. Rectius igitur ad a. 1273. *circiter*.

REGESTA.

Annus.	Bavarica.
1251.	. . . .
1251.	Indulgentiae Berchtoldi Episcopi pro ecclesia Sancti Stephani. Dat. Pataviae III. Kal. Februarii (30. Jan.).
1251.	Conradus Rex remittit monachisSancti Emme rami omnem culpam attentatae necis propriae regiae suae personae. Dat. apud Ratisponam mense Januarii. Ind. IX. vid. *Hund* l. c. II. 379.
1251.	. . . .
1251.	. . . .
1251.	Idem monasterium de Steingaden in protectionem suam recipit. Dat. apud Augustam, mense Februarii. Ind. IX. (M. B. VI. 527.)
1251.	. . . .
1251. circiter.	. . . .
1251.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Coram Hermanno, Herbipolensi Episcopo, Heroldus, morans Wirceburgi in curia venerabilis Dominae et ecclesiae de Kitzingen, bona sua post mortem delegat ecclesiae Kitzingensi. Datum Herbipoli XI. Kal. Februarii (22 Jan.) Ind. IX Pontif. anno XXVI.
. . . .	Henrico, Babenbergensi Episcopo, confirmante, Lupoldus, Custos majoris Ecclesiae, dictus Rindesmul, ad infirmariam Sancti Theodori delegat quosdam reditus annuos de theloneo et de moneta in Bamberg. Act. Ind. VIII. (IX) in die Valentini (14. Feb.).
. . . .	Coram Gebhardo, Comite de Hirzperc, Mathildis, uxor Sehovarii, ecclesiae in Wirzburg tradit praedium Reuth (praef. Weissenburg) pro curia in Mulhusen. Datum in villa Wellenheim X. Kal. Martii (20. Feb.).
. . . .	Offemia, Abbatissa in Heiligenthal, ab Iringo de Hornbach, majoris ecclesiae Herbipolensis Canonico, comparat septem jugera et unum molendinum in villa Swanefelt sub conditione, ut convertatur pretium ad utilitatem capellae curiae claustralis in Marbelstein. Testis: Hermanns Decanus Novi Monasterii. Actum apud Herbipolim mense Februario. Ind. IX. Pontif. Hermanni anno XXVI.
. . . .	Idem (Iringus) dicti negotii fidejussores constituit.
. . . .	Hermanni Herbipolensis Episcopi permissione Otto de Lobdenburg Ottoni de Espenvelt tradit vineam Custoriae suae in monte Sanctae Mariae sitam, pro duobus jugeribus vinearum intra superiorem et inferiorem viam, versus Randisacker. Actum Herbipoli VI. Id. (10.) Martii. Ind. IX. Pontif. XXVI.

Annus.	Bavarica.
1251.	
1251.	
1251.	
1251.	
1251.	
1251.	
1251.	
1251.	
1251.	

Alemanica.	Franconica.
Hartmannus, Augustensis ecclesiae Electus, Monialibus de Schoenvelt concedit, ut sedem suam transferant ad villam quandam Obernhoven (Oberhoven, praef. Zuemarshausen), ab Henrico Gula (Vras), Augustensis Ecclesiae ministeriali, comparatam. Datum Mergartowe. Ind. IX. III. Id. (13.) Martii.	
. . . .	Innocentii Papae IV. indulgentiae pro ecclesia Ahusana. Dat. Lugduni XVII. Kal. Aprilis (16. Mart.). Pontif. anno VIII.
. . . .	Idem Eberhardum de Schawenberc conservatorem constituit monasterii Sancti Michaelis Bambergae, per literas Apostolicas neutiquam ad provisiones vel pensiones compellandi. Dat. Lugduni II. Kal. Aprilis (31. Mart.). Pontif. anno VIII.
. . . .	Idem praedicti coenobii professis indulget, ut haereditates vel possessiones saeculares, exceptis feudalibus, retinere seu recipere valeant. Dat. ibidem et eodem.
. . . .	Item, ut praefatum monasterium nulli prorsus, pedagia, winoagia seu roagias solvere teneatur. Ibidem et eodem.
. . . .	Itidem pro monasterio Banzensi. Ibidem et eodem.
. . . .	Item, ne per literas Apostolicae sedis aut Legatorum ad alicujus provisionem compelletur. Ibidem et eodem.
. . . .	Transactio inter Fridericum de Scheinuelt et Abbatem de Halsprunnen, de villa Neusez (Neuses, prope Windsbach, praef. Heilsbronn). Act. apud Nurenberg II. Kal. Aprilis (31. Mart.).
. . . .	Hermannus, Herbipolensis Episcopus, hospitalis Sancti Iohannis in Jerusalem fratribus Herbipoli appropriat universa bona in Bibelrieht, a Friderico viro nobili Comite de Kastele comparata, atque in restaurum feodi acceptat duo allodia in Schernowe, (Schernau) septem jugera vinearum, et quatuor mansos in Urvelt

Annus.	Bavarica.
1251.	. . . .
1251.	. . . .
1251.	. . . .
1251.	. . . .
1251.	. . . .
1251.	Heinricus, Comes de Ortenberch, villam suam Schambach (Sampach praef. Passau) capitulo Pataviensi mortis causa legat. Act. Pragae III. Id. (11.) Aprilis.
1251.	. . . .
1251.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
	(Euerfeld). Actum apud Wirceburg mense Marcio. Ind. IX. Pontif. anno XXVI.
. . . .	Innocentius Papa IV. monasterio Sancti Michaelis Babenbergae indulget, ut debita, de quorum versione in rem manifesto non constet, nullatenus restituere teneatur. Dat. Lugduni Kal. (1.) Aprilis. Pontif. anno VIII.
. . . .	Simili modo monasterio Banzensi. Ibidem et eodem.
. . . .	Idem ad Abbatem Banzensem, ut bona monasterii Sancti Michaelis Bambergae alienata revocari procuret. Ibidem et eodem.
. . . .	Henricus, Babenbergensis Episcopus, Langheimensi monasterio appropriat bona in Mouglinde (Maiklein), et unum Lein (Lehen) in Dizou (Theissau, praef. Weismain), a Ramungo Galliculo de Plassenberch resignata. Act. publice in colle, saepedictae villae superius adjacenti, in vigilia Palmarum (8. April.) tempore placiti, quod ibidem habuit contra nobiles Fridericum, Burggravium de Nurenberch, et Fridericum Dominum de Trugendingen. Ind. IX.
Cunradus, dictus Spannagel, fratribus Staingadensibus confert ecclesiam in Willemanneboven, cum jure advocatiae. Dat. in Castro Sifridesperc II. Non (4) Aprilis. (M. B. VI. 526.)	
. . . .	Innocentius Papa IV. monasterium Sancti Michaelis Babenbergae sub Sancti Petri et sua protectione suscipit. Dat. Lugduni XVII. Kal. Maii (15 April.). Ind. IX. Pontif. anno VIII. vid. *Ussermann* pag. 162.
Liupoldus junior de Rotenberc fratribus in Caesarea confert curiam quan-	

Annus.	Bavarica.
1251.	. . . .
1251.	. . . .
1251.	. . . .
1251.	. . . .
1251.	Albertus Praepositus in Pergen (Pöring) Berenhardo dicto Gutschenser, et fratri ejus Bertholdo, justam possessionem curiarum Harthoven, Prennchoven et Snabelhoven profitetur. Actum in monasterio majori V. Kal. Junii (28. Maii).
1251.	Depositio jurata gravaminum, a Duce Bavariae ejusque judicibus Tegernseensi monasterio ultra modum illatorum. Act. II. Id. (14) Julii.
1251.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
dam in Bercheim. Acta III. feria post festum beati Georii, in die Sancti Marci (25. April.).	
. . . .	Hermanni Herbipolensis Episcopi consensu Irmgardis, vidua Rudolfi militis de Hohenvelt, bonis in Bischofiswinden et in Vochenz, monasterio Ebracensi delegatis, substituit alia bona in Schwebheim et in Hohenvelt. Testis: Eberhardus Praepositus de Hunvelt. Datum Herbipoli mense Aprilis. Ind. IX. Episcopatus anno XXVI.
. . . .	Ramungus de Kammerstein Herbipolensi Episcopo pro acceptis octoginta libris denariorum Herbipolensium offert bona sua propria in Ugenowe (Ugenau). Datum VI Id. (10) Maii. Ind. IX.
Hainricus, dictus Vraz de Wolfsperch, monialibus in Schoenveld vendit villam suam patrimonialem Oberhoven. Factum III. Id. Maii (13. Maii.).	
. . . .	Innocentius Papa IV. privilegia monasterii de Coeliporta, Cisterciensis ordinis, confirmat, in ejusque translationem a loco Himmelstat in locum Coeliportensem consentit. Datum Januae XIII. Kal. Jun. (19. Maii). Pontif. anno VIII.
. . . .	Confirmante Hermanno Episcopo Herbipolensi Offemia, Abbatissa de Heiligenthal, ab Alberto Praeposito et capitulo de Heidenveld comparat decimam villae in Bolinbach. Datum Herbipoli XIII. Kal. Augusti, (20. Julii.) Ind. IX. Pontif. anno XXVI.

Annus.	Bavarica.
1251.	. . . .
1251.	. . . .
1251.	. . . .
1251.	. . . .
1251.	Philippus, ecclesiae Salisburgensis Electus, Walthero Abbati de Raitenhaslach resignat proprietatem unius mansi in Pulezzingen, a Chunone de Toerringen jure feudi possessam. Dat. Salzburg. VII. Kal. Octobris (25. Sept.).
1251.	Ernestus, frater de ordine Praedicatorum, Episcopus Prutinensis, quadraginta dierum indulgentias concedit ad auxilium fratrum et sororum de ponte Bohemico, Crisci ordinis, qui ecclesiam aedificare incoeperunt. Datum apud Mosbach II. Kal. Octobris (30. Sept.).
1251.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Agnes, Abbatissa Sancti Theodori in Babenberg, et Heinricus, Capellanus, Rector capellae in Burchartstorf (Burkersdorf, praef. Weismain) controversiam super duobus mansis ejusdem villae componunt. Act. die Braxedis Virginis (21. Julii.).
. . . .	Gebhardus Comes de Hirzpereh ecclesiae Sancti Johannis Baptistae in Rebdorf confert duas curias villicales in Ottenberg (praef. Gunzenhausen), ab Chunrado Strouma de Vluogelingen resignatas, recipitque in restaurum molendinum apud Plienvelt (Pleinfeld) et aliud molendinum ibidem, quod vocatur ze dem horgen fuorte, et unam hubam in Windischenhusen (Windischhausen, praef. Heidenheim). Acta apud Plienvelt, in vigilia assumptionis Sanctae Mariae, (14. Aug.).
. . . .	Herbipolense Capitulum fratribus hospitalis Jerosolimitani in Wirceburo per manum Arnoldi Decani confert capellam in Biebelrieth, ad oblationem in Westheim pertinentem. Actum Ind. IX.
. . . . : . .	Reversales magistri O.., Sancti Stephani Babenbergensis Canonici et Plebani in Ristebach (Kirchrüsselbach, praef. Gräfenberg) super novalibus dictae ecclesiae, ab Episcopo Heinrico sibi ad dies vitae concessis. Acta in nativitate beatae Virginis (8. Sept.).
. . . .	Henricus, Eistettensis Episcopus, Abbati in Ahusen tradit mansum unum apud Erelbach (praef. Heidenheim), et unum Lehen apud Lochenbach (ibidem). Datum apud Eistet IX. Kal. Novembris (24. Oct.). Pontif. anno V.

Annus.	Bavarica.
1251.	Chunradus Rex Ottoni Duci, socero suo, obligat castra Vlozze et Parkstein, pro tribus millibus marcarum argenti et C.C.C.C. libris Ratisponensibus. Datum Monaci, mense Octobris, (Ratihabitum per Conradinum apud Augustam IX. Kal. Novembris (24. Oct. 1266.)
1251.	. . . .
1251.	. . . .
1251.	Ottocarus, Dux Austriae, confirmat Friderici, Ducis Austriae, privilegium, monasterio Altahensi (Niederaltaich) de theloneі exemtione concessum. Dat. in Niwenburch VIII. Id. (6.) Decembris. Ind. IX.
1251.	Cunradus de Mazensiezen, in praesentia Hermanni, Augustensis Episcopi, renuntiat omni juri, sibi per Cunradum Regem collato in villa Widergeltingen, quae jure libertatis manumissa a Duce Welfone, in sublevamen ecclesiae Steingadensis est tradita. Acta in Manechingen, villa Augustensis ecclesiae, pridie Kal. Januarii (31. Dec.).
1251.*	Otakarus, Dux Austriae et Stiriae et Marchio Moravie, fratribus ecclesiae in Altach (Niederaltaich) liberum victualium suorum transitum indulget. Datum in Niwenburch. Ind. IX. (M. B. XI, 227.)
1251.	Ulricus, Praepositus, Archidiaconus Baumburgensis, et Capitulum, Domino Rapotone Palatino Comite Bavariae mortuo, Ottonem illustrem Comitem Palatinum Rheni, et Ludovicum et Heinricum, filios, in Advocatos eligunt. Testes: Erbo, Notarius Ducis et Nycolaus, Notarius Dominae Ducissae. Datum in felici Castro nostro Landeshut, Ind. X.

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Hermannus, Herbipolensis Episcopus, Ebracensi Abbati appropriat decimam in Durringresin (Grosgressingen, praef. Burgebrach), a Ludewico de Stetcberch comparatum. Act. mense Octobris. Pontif. anno XXVII.
. . . .	Conradus, Romanorum in Regem Electus, Friderico Burcgravio de Nurembere, ejusque uxori, carissimae nepti suae, et omnibus eorum pueris procreatis et procreandis, concedit in rectum feodum castrum suum Crusen (Kreusen, praef. Pegnitz) cum omnibus pertinentiis. Dat. apud Munchen mense Octobris. Ind. X. vid. *Will*, hist. Crusiae urbis p. 8. v. *Schütz*, l. c. pag. 80. v. *Falkenstein* Cod. dipl. n. 56. *Oetter*, II. Vers. S. 284.

Annus.	Bavarica.
1251.	Otto, Dux Bavariae, praedia Walhestal, Gruben et Vischleben (Praepositurae Trospurg) monasterio Baumbergensi cedit in concambium pro curia in Thal supra castrum Trostperch. Datum Landshut. Ind. X. (M. B. II. 204.)
1251.	Reversales Ottonis Ducis, a coenobio Baumburgi in advocatum electi. Dat. Landeshuet. Ind. X. (M. B. II. 202.)
1251.	. . . .
1251.	Wernhardus de Uttendorf coenobio Raitenhaslacensi confert curiam quandam, dictam Mairingen, (Mehringen, praef. Lauffen) jus piscationis in lacu Ydnarsee, cum praedio secus eundem, dicto Secleiten, et in stagno Heratingersee.
1251.	Chiemensis ecclesiae Praepositus ac Archidiaconus cum Abbate Walthero de Raitenhaslach permutat praedium Hocholtingen pro praediis Laengenmose et Pfaeffingen. (M. B. III. 148.)
1251.	Coram Volcmaro de Chemenaten lis inter ecclesiam Raitenbuch, et Hyltenprandum militem de Werdenstain super decimis in Huttenriedt dirimitur. Act. apud Schongau. (M. B. VIII. 29.)
1251.	Testimonia, super damnis a Duce Bavariae per tallias et albergarias monasteriis Rotensi, Attilensi, Undistorfensi, Dietramscellensi, Ebersbergensi et Sancti Stephani illatis. (*Meichelbeck* II. 37.)
1251.	. . . .
1252.	Ottokarus, Dux Austriae, monasterio Eberspergensi concedit privilegium, singulis annis XII. carratas vini, sine omni exactione, ex Austria transportandi. Dat. Wiennae III. Non. (3.) Januarii.

Alemanica.	Franconica.

Ludewicus, Comes de Outingen, pro XXX. marchis argenti, quas Elizabeta Comitissa de Gronningen, mater L... junioris de Outingen, ecclesiae Caesariensi assignaverit, tria tradit aequivalentia praedia in Kesingen et in Holenstein.

. . . .

Coram Heitvolco, Sculteto Nurembergensi, Fridericus Houemann jus suum in curia coenobii Hailsbronnensis, sita in loco Amelratdorf (Ammerndorf, praef. Cadolzburg) fratribus monasterii remittit. Testis: Eberhardus Scultetus.

Annus.	Bavarica.
1252.	Grimaldus de Salvelden Hainricum Pransteter et Chunradum, filium ejus, mancipia, liberos reddit super aram beatae Mariae in Nunenwerd. Dat. apud Hallas XII. Kal. Martii (18. Feb.). (M. B. II. 452.)
1252.	. . . .
1252.	Controversia inter Coenobium et Parthenion Chyemense super deportatione reliquiarum et letaniis plebis in Grazaw sic decisa, ut annuatim ab utroque alternetur. Datum VI. Id. (10.) Martii, Ind. X.
1252.	. . . .
1252.	Othoeharus, Dux Austriae et Styriae et Marchio Moraviae, ecclesiae Metmensi in traducendis bonis apud thelonea sive mutas suas jura, a Duce Leopoldo fratreque Friderico data, confirmat. Datum per manum Magistri Wilhelmi, Protonotarii curiae, VI. Kal. Aprilis (27. Mart.). Ind. X. in Chremis. (M. B. XI. 444.)
1252.	. . . .
1252.	Bertholdus Episcopus nullos, nisi canonicos, ad dignitatem Archidiaconatus idoneos declarat, simulque capitulo parochiam Holaprane confert. Acta Pataviae IX. Kal. Junii (24. Maii). Ind. X. Pontif. anno II.

Alemanica.

. . . .

Adilhadis, quondam Marchionissa de Burgowe, de voluntate H. marchionis de Burgowe, nec non Ulrici Comitis de Berge, filiorum suorum, monasterio Caesariensi confert curiam suam in Bilringin, in remedium animae mariti sui, H. Marchionis de Burgowe. Dat. XIV. Kal. Aprilis (19. Mart.).

. . . .

Franconica.

Hermannus, Herbipolensis Episcopus, et Nobilis Godefridus de Hoenlo de juribus in villa Heitingesvelt inter sese conveniunt. Acta VI. Non. (2.) Martii. Pontif. anno XXVII.

Crafto, civis Herbipolensis, donat bona sua Burclindi Abbatissae coenobii, ordinis Cisterciensis, in Fonte Virginis (Meidbronn). Facta octava pasche (7. April.).

Ludovicus, Comes de Oettingen, in bonis dominarum monasterii in Sulz, quae habent in Tambuhel (Dombühl, praef. Feuchtwangen) nullum se jus habere profitetur. Act. in mense Aprilis. Ind. X.

Annus.	Bavarica.
1252.	Pataviense Capitulum absentes removet Canonicos, Ulricum scilicet Cowertellium, Albertum de Hornburch, Comitem, Albertum de Eberstein, Comitem, de Tierstain Comitem, G. magistrum Ratisponensem, et G. Plebanum, et ex duabus praebendarum sic vacantium quatuor fundat Vicarias Acta Pataviae in Capitulo. VIII. Kal. Junii (25 Maii). Ind. X.
1252.	. . . .
1252.	. . . .
1252.	Ulricus, Abbas Sancti Emmerami Ratisponae, curiam et hubam in Geilsbach, ab Alheide uxore dicti de Geltolvingen monasterio donatam, Offemiae, filiae ejusdem, Chunradi de Pilna uxori, eandem jure reclamanti, ad vitae tempus concedit. Datum Ratisponae in crastino Apostolorum Petri et Pauli (30. Junii).
1252.	. . . .
1252.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Ludewici, Comitis de Otingen consensu, ministerialis suus Ulricus de Urreshaim ecclesiae B. V. M. in Ahusen tradit duo molendina, curiam, feodum, atque tres areas in Urreshaim (Ursheim), curiam et feodum in Gunderstal, nec non quosdam agros in Maegershain cum omnibus suis aliis bonis et hominibus propriis. Dat. apud Castrum Wazertruhendingen, VII. Kal. Junii (26. Maii). Testes: Otto, Abbas de Wilzeburc. Rupertus, Abbas de Ahusen. Rabno Pincerna de Eringen. Cunradus senior Dapifer de Rechenberg. Heinricus Theloncarius de Ufchirchen. Bruno, Dapifer curiae. Sifridus de Craewelshaim.
Hartmannus, Augustensis Episcopus, donationem curiae sitae in Vischach (Fischach, praef. Göggingen), a Luigarde de Scherstetten conventui in Urspere factam, confirmat. Dat. apud Strazperg, Ind. X. XIII. Kal. Julii (19. Junii).	
. . . .	Coram Hermanno, Herbipolensi Episcopo, consanguineus ipsius, Manegoldus Senior de Wilperch. monasteriis in Hytzingin et in Nuwenstat donat duodecim jugera vinearum in Binizvelt. Actum apud Herbipolim, mense Junio, Pontif. Hermanni anno XXVII.
. . . .	Gertrudis, Celiportae Abbatissa, de loco inferiori Schonougia ad locum aptiorem se transferens, nobilibus Dominae Comitissae Adelheidi ejusque filiis, Ludowico, Gerhardo, et Heinrico, Comiti-

Annus	Bavarica.
1252.	Pataviense Capitulum absentes removet Canonicos, Ulricum scilicet Cowertellium, Albertum de Hornburch, Comitem, Albertum de Eberstein, Comitem, de Tierstain Comitem, G. magistrum Ratisponensem, et G. Plebanum, et ex duabus praebendarum sic vacantium quatuor fundat Vicarias Acta Pataviae in Capitulo. VIII. Kal. Junii (25 Maii). Ind. X.
1252.	. . . .
1252.	. . . .
1252.	Ulricus, Abbas Sancti Emmerami Ratisponae, curiam et hubam in Geilsbach, ab Alheide uxore dicti de Geltolvingen monasterio donatam, Offemiae, filiae ejusdem, Chuuradi de Pilna uxori, eandem jure reclamanti, ad vitae tempus concedit. Datum Ratisponae in crastino Apostolorum Petri et Pauli (30. Junii).
1252.	. . . .
1252.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Ludewici, Comitis de Otingen consensu, ministerialis suus Ulricus de Urreshaim ecclesiae B. V. M. in Ahusen tradit duo moleadina, curiam, feodum, atque tres areas in Urreshaim (Ursheim), curiam et feodum in Gunderstal, nec non quosdam agros in Maegershain cum omnibus suis aliis bonis et hominibus propriis. Dat. apud Castrum Wazertrahendingen, VII. Kal. Junii (26. Maii). Testes: Otto, Abbas de Wilzeburc. Rupertus, Abbas de Ahusen. Rabno Pincerna de Eringen. Conradus senior Dapifer de Rechenberg. Heinricus Thelonearius de Ufchirchen. Bruno, Dapifer curiae. Sifridus de Craewelshaim.
Hartmannus, Augustensis Episcopus, donationem curiae sitae in Vischach (Fischach, praef. Göggingen), a Luigarde de Scherstetten conventui in Ursperc factam, confirmat. Dat. apud Strazperg, Ind. X. XIII. Kal. Julii (19. Junii).	
. . . .	Coram Hermanno, Herbipolensi Episcopo, consanguineus ipsius, Manegoldus Senior de Wilperch. monasteriis in Kytzingin et in Nuwenstat donat duodecim jugera vinearum in Binizvelt. Actum apud Herbipolim, mense Junio, Pontif. Hermanni anno XXVII.
. . . .	Gertrudis, Celiportae Abbatissa, de loco inferiori Schonougia ad locum aptiorem se transferens, nobilibus Dominae Comitissae Adelheidi ejusque filiis, Ludowico, Gerhardo, et Heinrico, Comiti-

Annus. | **B a v a r i c a.**

1252. . . . .

1252. . . . .

1262. . . . .

1252. Ulricus dictus de Kunigestein Cunoni Abbati Castellensi delegat advocatiam suam super praedio in Wurmeriache (Wurmrausch, praef. Sulzbach). Factum in Sulzpach; testibus Alberto de Frudenberch et Ruperto, fratre suo; Alberto juniore de Rugerstorf, Chunrado Plebano de Sulzpach, Ottone Plebano de Luterhoven. Acta IX. Kal, Sept. (29. Aug.). (M. B. XXIV. 324.).

1252. . . . .

1252. Henrici, Babenbergensis Episcopi, consensu, liberi ab Andrea, Holzmani filio progeniti, inter Babenbergensem et Tegernseensem ecclesias dividuntur. Testes: *nobilis Vir* Fridericus de Ufseze. Wol. Pincerna de Reute. Dat. Anasi Nonas (5.) Septembris in domo Hermanni Wolfoldi.

Alemanica.	Francomica.
	bus de Reinecke, promittit, dictum locum Schonougiam non devolvere ad usus saeculares. Sigillator: Frater Cunradus Provincialis fratrum minorum per Allemaniam. Actum III. Id. (13.) Julii.
. . . .	Conventio inter nobiles, Dominam Adelheidim Comitissam, ejusque filios, Comites de Rienegge, et Dominam Gertrudem, Abbatissam Portae Coeli, ex loco Schonau in locum Himmelspforten transientem, super paramentis, expensis aedificiorum, caeterisque rebus. Eodem.
Innocentii Papae IV. indulgentiae pro capella beatae Afrae in Augusta. Dat. Perusii Idibus (15.) Julii. Pontif. anno X.	
. . . .	Ludewicus de Frankenstein et Heinricus filius, Alberto de Bernroden conferunt bona feudalia in villa Slerieth, a fideli ipsorum Johanne de Ertal resignata. Testes: Dominus Hermannus Comes de Hennenberg. Fridericus Stole Pincerna. Datum XI. Kal. Septembris (22. Aug.).
. . . .	Hermanni Herbipolensis Episcopi consensu, fratres de Bastheim vendunt Abbatissae in Frowenrode decimas in Burchartesrode et Wolpach, ipsis ab Henrico Comite de Hennenberc subinfeodatas. Testes: Boto Marscalcus de Eberstein. Actum mense Augusti, Pontif. Hermanni anno XXVI. (Confirmationis nimirum, sed electionis, ut supra, XXVII.)

Annus.	Bavarica.
1252	Pactum monasterii in Burren cum Comite Heinrico de Lichtenecke, et filio suo Heinrico, de liberis ex matrimoniis utriusque partis ministerialium procreatis, aequaliter dividendis. Act. in die nativitatis Virginis beatae Mariae (8. Sept.). (M. B. VII. 125.).
1252.	Hugo, Cardinalis Presbyter, subcollectores subsidii pro terra sancta ex fratribus ordinis Praedicatorum constituit. Dat. Valences VIII. Kal. Octobris (24 Sept.). Pontif. Innocentii IV. anno X. (XI.). (Vidimatum per Ulricum Abbatem Sancti Emmerami. Ratisponae IV. Kal. Februarii (29. Jan. MCCLIII.).
1252.	Gerboto Praepositus et Conventus Sancti Nicolai transigunt cum vidua Chunradi Zachelini, crediturie monasterii. Acta Idus (15.) Octobris.
1252.	Hartmannus, Augustensis Episcopus, monasterio Sanctae Catharinae in Augusta concedit, ut in villa Haufsen juxta Lycum, (Lechhausen, praef. Friedberg) pastorem specialem ad pecora habere valeat, nec ullum censum de pecoribus persolvat. Datum apud Castrum Mergarstauwe in vigilia beatae Elizabeth (18. Nov.).
1252.	Chunradus de Walchenberch claustro in Waldsassen delegat villam Pilgrinesreut, prope Wndreb sitam. Dat. apud Egram, XV. Kal. Januarii (18 Dec.).
1252.	Collegium Sancti Zenonis (praef. Reichenhall) ordinat, ut sal, dictum Loessalz, quo dies feriati in generali coctione civium Hallensium redimuntur, ad provisionem infirmorum et venas incidentium infirmariae ibidem subministretur. Dat. apud Salzburch III Kal. Januarii. (30. Dec.). (1251?).
1252.	. . . .
1252.	. . . .
1252.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Conradus de Durne Crafftoni de Bockesperch, pro curia in Stetten, conventui de Brunebach (Brumbach) cessa, in recompensationem feodi tradit duo praedia in Steten (praef. Carlstadt). Testis: Frater Eberhardus de Dorenbergk. Actum Ind. X.
. . . .	Domina Gertrudis de Brende pro remedio mariti sui, Guntheri militis de Brende, S... Praeposito, et B. . Abbatissae in Wechterswinkel, confert bona in Echenhusen, in Inferiori Strowe, (Unterstreu); et in Superiori Wolperungen (Oberwaldberungen). Datum Ind. X.
. . . .	Heidenheimensisi Abbas Sifrido de Gundolsheim locat agrum prope Wachstein (praef. Gunzenhausen). Dat. Ind. X. Testis: Advocatus Dominorum de Truhendingen, dictus Wiger.

Annus.	Bavarica.
1252.	. . . .
1252.	. . . .
1252.	Heinricus, cognominatus Vrichaimensis, ecclesiae Sancti Petri Werdensi, et Engelberto Praeposito vendit quoddam praedium in Wier. Act. Ind. XII. (X.) Salisb.
1252.	Hademarus de Laber coenobio in Puolenhoven (Pillenhofen, praef. Burglengenfeld) tradit advocatiam in Munechriute. Factum Epacta et Concurrente VII. Ind. X.
1252	Chiemensis Praepositus Ottoni, Ducis Bavariae ministeriali et Capitaneo in Wasserburch, confert advocatiam quorundam bonorum ecclesiasticorum, Chunrado de Jetenpach, Palatini Comitis Bavariae Ministeriali, hactenus concessam, sed ab eo male administratam. Acta apud Kym.
1252.	Ulricus, Abbas Sancti Emmerami, Heinrico civi Ratisponensi, cognomento Hallaere, confert quandam curiam in Muittendorf (Nittendorf), ad officium cellarii sui spectantem.
1252	. . . .
1252.	. . . .
1252.	. . . .
1252.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Coram Heinrico, Babenbergensi Episcopo, Ludovicus de Rodenhagen profitetur, Langheimensi monasterio, quod nullum in bonis suis habere debeat advocatum, appropriata fuisse per Ecbertum Episcopum bona in Dorigstat (Döringstadt, praef. Sesslach). Dat. in Wizmoin. Ind. X.
. . . .	Heinricus, Babenbergensis Episcopus, monasterium Langheimense ab omni datione thelonei eximit. Dat. Ind. X. vid. v. *Schultes* hist. Schr. S. 83.
. . . .	Lupoldus, Custos majoris ecclesiae Babenbergae, ad altare in Capitulo et ad quatuor lampades delegat unam libram de moneta civitatis Babenbergensis, et tres libras et XL. denarios de theloneo.
. . . .	Ludewicus de Hohenberc Heinrico de Espilbach vendit bona sua apud Wisintvelt (Wiesenfeld) et Wernefelt (Wernfeld), cum decima in Suiniberc (Schweinberg). Actum publice.
. . . .	Ulricus de Riselberc conventui in Halsbrunne appropriat bona, a Ramungo de Boumen comparata, pro collatis sibi aliis bonis in Sitendorf (Seitendorf, praef. Heilsbronn).
. . . .	Coram Friderico de Truhendingen Willingus, Ministerialis suus, ecclesiae B.V.M. in Ahusen tradit curiam in superiori Eggebrunt sitam.

Annus.	Bavarica.
1252.	. . . .
1252.	. . . .
1253.	. . . .
1253.	. . . .
1253.	Agnes, Abbatissa in Geisenvelt, Wernhero, Abbati in Privininingen, delegat duas areas in civitate Ratisponensi. Datum in Geisenvelt XVI. Kal. Februarii (17. Jan.).
1253.	Wilhelmus Romanorum Rex alienationem jurium Episcopalium intra vel extra civitatem Ratisponam, per Conradum, natum Friderici quondam Imperatoris factam, irritam declarat. Datum Brunswic XI. Kal. Februarii (22. Jan.). Ind. XI. vid. *Ried* l. c. num. 456.

Alemanica.	Franconica.

Rapoto Praepositus in Herbrehtingen et Concanonici sui, Advocatis suis, Hartmanno Comiti de Dilingen et Alberto filio ejus, pro cessis duobus mansis in Merdinstetin (praef Heidenheim) conferunt custodiam ecclesiae suae in vico Bernowe; et in solutionem XXX. talentorum, a Comite Alberto sibi debitorum, recipiunt jus patronatus in eodem Merdinstetin. Acta in Castro Dilingen. Testes: Rudolfus Dapifer de Sephelingen, Ulricus miles de Herbrehtingen.

Ulricus, nobilis miles de Risenspurch, conventui Caesariensi cedit omnia jura sua in praedio Ranhain.

Innocentius Papa IV. Gebwinum, Sanctorum Udalrici et Afrae in Augusta Abbatem, a lege extranearum provisionum solutum praestat. Dat. Perusii Idus (13.) Januarii. Pontif. anno X.
(M. B. XXII. 217.)

Idem ad Thesaurarium majoris ecclesiae in Augusta, tamquam hujus privilegii conservatorem. Ibid. VI. Id. (8.) Januarii.

Annus.	Bavarica.
1253.	Albertus, Ratisponensis Episcopus, advocatiam in Ufhusen, cui Ulricus de Sigenstein coram judicio renunciavit, civibus Ratisponensibus Ulrico super Moneta, Ortliebo de Huttenkofen, Heinrico in Curia Swevorum, Chuonrado officiali in Oriente et Walthoni de Waseustein, pro octoginta duabus libris Ratisponensis monetae, obligat. Datum Ratisponae Kal. (1.) Februarii. Pontif. anno VII. vid. *Ried* l. c. num. 458.
1253.	Eberhardus, dictus Rameler, coram Heinrico Sculteto Nurenbergensi, confert Domino Gotfrido de Solzburc bona in Tunedorf. Acta die purificationis beatae Virginis (2. Feb.).
1253.	Innocentius Papa IV. approbat remotionem clericorum quorumdam de cura animarum, ab episcopo Pataviensi mandatam. Dat. Perusii X. Kal. (20. Feb.). Pontif. anno X.
1253.	Heinricus, Abbas de Windeberge, bonis in Chalbezzen, Guntinge et Hove, a fratre Rudolfo ad officium Custodiae legatis, superaddit praedium unum in Pruonin. Datum apud Windeberg, VI. Kal. Marcii (24. Feb.). Ind. XI. (M. B. XIV. 52.)
1253.	. . . .
1253.	Wilhelmus Rex Godefrido domino de Soltzeburg villam de Beregowe (Berngau praef. Neumarkt), cum attinentiis ab Heinrico Rege acceptam, titulo feudi renovat. Dat. Spirae IV. Id. (12.) Martii.
1253.	. . . .
1253.	Sententia H. Babenbergensis, C. Frisingensis et Ulrici Secoviensis Episcoporum, arbitrorum in causa Ottonis (Ottocari?), Austriae Ducis, et R. Pataviensis Episcopi, feoda Pataviensia in Austria concernente. Dat. in Retsche (Ratschach in Carinthia?). VI. Kal. Aprilis (27. Mart.).

Alemanica.	Franconica.
. . . . :	Heinricus, Eistetensis Episcopus, ecclesiae Herbipolensi confert bona ecclesiae suae in Bernrode, a viro nobili, Manegoldo de Wiltberg, 'resignata,' et pro recompensatione a dicto nobili villam Buchprunne recipit. Testis: Heinricus Notarius Domini Episcopi, Canonicus Herridensis. Actum Kal. (1.) Martii.
Engelhardus, miles de Taphem (Tapfheim), partes Lombardiae et Apuliae adire disponens, viris religiosis Ciserciensis Ordinis in Caesarea obligat quoddam praedium suum in Buheln, pro XXX. libris Werdensis monetae, sub annuli sui impressione. Acta VIII. Kal. Aprilis (25. Mart.).	

Annus.	Bavarica.
1253.	Compositio inter Odocarum Regem Bohemiae et Pataviensem Episcopum super feudis quibusdam Pataviensibus in Austria, ex decessu Leopoldi Ducis vacantibus, nunc autem Regi praedicto pro certa summa pecuniae denuo offerendis. Dat. ibidem et eodem.
1253.	. . . .
1253.	. . . .
1253.	Gebhardus Comes de Hirzperch pro cesso sibi praedio Rosenberch Walthero Pincernae de Chlingburch tradit praedia Friderici Dapiferi de Sulzbach, apud Erhnanstorfe sita, pro quibus Dapiferis alia bona in Ekkolfshoven assignat. Testes: Ch. Abbas de Castello. Dominus Heinricus nobilis de Absperg. Pertholdus Pincerna de Tegningen. Tres Swephermanni. Datum apud Tollenstein Castrum, II. Non. (6.) Maii).
1253.	. . . .
1253.	. . . .
1253.	Albertus, Ratisponensis Episcopus, ecclesiam in Hornpach a plebanatu in Pfeffenhausen rescindit. Actum III. Kal. Junii (30. Maii), in Palatio Ratisponensi.
1253.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Idem monasterio in Ahusen, tamquam patrono ecclesiae in Tann (praef Berching), proventus ejusdem appropriat. Actum apud Eistetten, pridie Non. (4.) Aprilis. Datum apud Eistett VIII. Id. (6.) Aprilis.
. . . .	Arnoldus, Canonicus Onoltespacensis et Plebanus in Westheim, in usum conventus Halsprunnensis transfert curiam suam in Westheim (praef. Windsheim). Act. Id. (13.) Aprilis. Ind. XI, Hermanno Episcopo Herbipolensi existente, Cunone Decano Onoldespacensis ecclesiae.
Hartmannus, Episcopus Augustensis, traditam a patre suo Medingensis coenobii Sanctimonialibus paroehiam ibidem rite iisdem confert. Datum in vigilia ascensionis Domini (4. Maii). Ind. XI.	
. . . .	Herbordus, Decanus quondam in Hauge, infirmis et fratribus hospitalis Sancti Johannis Herbipoli tradit domum suam in der Semelergazen, versus Hauge, cum horto contiguo. Acta X. Kal. Junii (20. Maii.).
Innocentii IV. Papae indulgentiae pro consumandis aedificiis ecclesiae fra-	

Annus.	Bavarica.
1253.	. . . .
1253.	. . . .
1253.	Conradus dictus Thoarer, civis Monacensis, ecclesiae Rotensi macella quaedam confert in foro Monaci. Dat. Monaci V. Kal. Julii (27. Junii). Ind. XI. (M. B. I. 387.)
1253.	Innocentius Papa IV., veri Dei in his terris Vicemgerens, et disponente domino *universali Reipublicae Praesidens*, Frisingensi Episcopo mandat, ut ad pacem restaurandam inter Reges Ungariae, Boëmiae et Ducem Austriae partes suas interponendo, poenitentiarium Papae, Vlascum, de ordine Minorum, consilio et auxilio suo adjuvet. Datum Assissii III. Non. Julii (5. Jul.). Pontif. anno XI.
1253.	Idem Pataviensi Episcopo, Ottoni de Lonstorf, concedit, ut praeter archidiaconatum etiam caetera ecclesiastica beneficia, retineat. Dat. Assisi Non. (7.) Julii. Pontif. anno XI.
1253.	Chunradus, Berchtesgadensis ecclesiae Praepositus, curiam suam in Hergolwing (Herolfing), et praedium, quod dicitur Copoldingen (Kopolding), praediumque in Fritling (Freidling, omnes praef Teissendorf) commutat cum ecclesia in Werde, sub Praeposito Engelberto, pro praedio corporis, quod dicitur Streubol (Struböl, praef. Lofer). Testes: Fridericus Scharsah de Plain, et Chalhohus de eodem Castro, tunc officialis Comitis. Acta in Berchtesgadensi ecclesia II. Id. (14.) Julii. (Confirmatio Chunradi, Comitis de Plain, tamquam advocati ecclesiae in Hegelwerde, cum consensu fratris sui Ottonis, in Austria constituti. De dato VII. Id. (7.) Decembris. vid. v. *Koch* II. 48.
1253.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
trum minorum de Lindavia. Datum Asisii II. Non. (4) Junii, Pontif. anno X.	L... (Liupoldus) Praepositus Sancti Jacobi, dictus Rindesmule, praepositura sua ejusque reditibus decedit ad duos annos, retentis sibi ad usus suos officio in Amberch, et bonis in Hohenzaut (praef Amberg), cum vinea in monte Sancti Jacobi. Facta in die beatorum martirum Gervasii et Prothasii (10 Junii).
. . . .	
Coram Hainrico, Camerario de Wellinberch, Dominus Cunradus, miles de Erringen, fratribus in Caesarea confert pratum virgultis situm in Erringen. Dat. Ind. XI. VIII. Kal. Julii (24. Junii).	
Hainricus Marchio de Burgowe, fratribus in Caesarea confert praedium in	

Annus.	Bavarica.
1253.	Waltherus, Dei gracia Pincerna dictus de Chlingenburch, advocatiam super praedio in Wurmrisch, per Chunonem Castellensem Abbatem a succero pincernae, Ulrico dicto de Richeneke, redemtam, et advocatiam in Dicolsperg, monasterio pro XII. talentis denariorum Ratisponensis monetae delegat. Acta in foro Sulzpach V. Kal. Aug. (28 Jul.). (M. B. XXIV. 325.).
1253.	Henricus, Episcopus Eistettensis, collegio dominarum in Seldenporte, ad preces Gotfridi de Solzbürch, coenobii fundatoris, decimas in villa Menige (Menning, praef. Neumarkt) a Marquardo milite de Mäzzingen pro LXXV. libris denariorum comparatas, appropriat. Testes: Hermannus Cāmerarius de Lantfritshoven. Heinricus Pincerna de Arberch. Acta V. Id. (9.) Augusti. Datum apud Eistett VII Kal. Septembris (26. Aug.).
1253.	Conventus Sanctae Mariae in Niedernburg, domum ex donatione Arnoldi, Ceche Magistri, sibi comparatam, cuidam locat Leutoldo. Dat. VII. Kal. Septembris (26. Aug.)
1253.	Geblhardus, Comes de Hirzperch, donationes ab Ottone Duce Meraniae, Comite Palatino Burgundiae, et filio ejus Ottone Duce, coenobio Burrensi factas, confirmat. Datum apud civitatem Insprucke II. Non. (4) Septembris. (M B. VIII. 126.)
1253.	Innocentius Papa IV. monasterium Wezzebrunense adversus Hartmannum dictum de Hagneberch a capitulo Augustensi per censuras ecclesiasticas iubet tueri Datum Asisii V. Id. (9.) Septembris, Pontif. anno XI.
1253.	Idem revocat Pataviensis Episcopi Rudigeri injustas alienationes. Dat. Assisi IX. Kal. Octobris (23. Sept.). Pontif. anno XI.
1253.	Ottokarus, Dux Austriae et Styriae, monasterio in Alderspach concedit immunitatem a teloneis Austriacis. Act. et Dat. Wienne V. Kal. Octobris. (27. Sept). (M. B. V. 376.).
1253.	Henricus, Magister hospitalis juxta pontem Ratisponae, ab Ortlibo milite dicto de Heida pro anniversario ejus recipit curiam in Denehlingen. Acta mense Septembris. Ind. XI.

Alemanica.	Franconica.
Guntraemmingen, per Ulricum de Wirringen quondam a nobili de Habechesberch comparatum, nunc autem resignatum. Acta XI Kal. Augusti (22. Jul.). Ind. XI.	

Annus.	Bavarica.
1253.	. . . .
1253.	. . . .
1253.	. . . .
1253.	Ludewicus et Heinricus, Palatini Comites Rheni et Duces Bavariae, sese concilian: cum Alberto, Episcopo Ratisponensi, super discordia, quae inter eum et Ottonem, Ducum progenitorem, agitata fuerat, castra occupata restituunt, ut Episcopus castrum Teyspach reformet et forum ibi plantet, concedunt, castrumque Sperten ab eo recipiunt. Actum apud Strubing XIV. Kal. Januarii (19. Dec.). Ind. XI. vid. *Ried* l. c. num. 461.
1253.	. . . .
1253.	. . . .
1253.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Capitulum Herbipolense confirmat venditionem villae Blinthenhasela (Kleinhaslach? praef. Ansbach), a Friderico de Beierba (Beigerbach) Halsprunnensi monasterio factam. Dat. mense Octobris.
. . . .	Hermannus, Episcopus Herbipolensis, dictam villam, recepta recompensatione VI. mansorum in Rinfbach et II. mansorum in Craberc, eidem monasterio appropriat. Actum apud Herbipolim, in monte Sanctae Mariae Virginis, mense Octobris. Pontif. anno XXIX.
. . . .	Idem altare novum, prope altare Sancti Georgii parochiale, in parte dextra ante summum majoris ecclesiae chorum, in honorem sanctorum Martyrum, Mathiae Apostoli etc. institutum, certis dotat proventibus. Actum mense Octobri. Pontif. anno XXIX.
. . . .	Conradus Rex ad Episcopum Eistettensem, quod nullus excommunicatus possit infeodari. Actum apud Hagenowe, mense Decembri. Ind. XI.
. . . .	Frater H... (Henricus) de Brunnebach et H... (Hildebrandus) de Schonental, Abbates, consentiunt, ut conventus sanctimonialium inferioris Coeliportae, Sconaugia nuncupatum, ad superiorem Coeliportam, juxta Herbipolensem civitatem, transferatur. Actum Ind. XI.
. . . .	Coram Heinrico, Sculteto in Nuremberg, Fridericus de Bruggebere monasterio in Halsprunnen tradit unà cum molendino apud Mausendorff (praef. Heilsbronn), bona in Engelhardshove, a fratre suo defuncto Conrado in usum luminaris obligata. Act. Ind. XI. Testis: Dominus Albertus de Vestenberg.

Annus.	Bavarica.
1253.	. . . .
1253.	. . . .
1253.	. . . .
1253.	. . . .
1253.	Heinricus Abbas in Burren Chunradum Chraphe infeodat de praediolo, Auninsgrute vocato. Factum in villa Volers ante foras ecclesiae. (M. B. VIII. 127.).
1253. circiter.	Pilgerinus, monasterii in Purren sub H. Abbate famulus, conventui singulis annis ordinat Pseowinam vini.
1253. circiter.	Ludewicus Dux Bavariae confirmat pactum precariae Ekkehardi de Slatehaeim, super praedio quodam, Rube nomine, a fratribus in Reitenhascla comparato.
1254.	. . . .
1254.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Albertus Rindesmul de Grunsberc ad monasterium in Halsbrunne delegat curiam suam in Regelsbach (praef. Schwabach). Act. in castro Windesbach.
. . . .	Fridericus de Truhendingen, fraterque ejus L..., pro suo patrisque Friderici remedio, beato Wunebaldo in Heidenheim, ad manus Burchardi Abbatis, donant curiam in Awe, (Au, praef. Gunzenhausen). Testes: F... juvenis de Truhendingen. Hiltebrandus Crof de Emotsheim. Heinricus de Ottingen et tres fratres ejus. Meinloch de Bappenheim. Heinricus de Wemedingen. Reinboto de Spileberch, Cursor de Heidenheim.
. . . .	Wolfherus, miles de Sigibere, ecclesiae sororum apud Wizzenburc confert tres areas citra pontem. vid *v. Schütz* l. c. p. 80. n. 44.
. . . .	Nudungus Stadelarius sororibus apud Wizzenburc cedit bona sua in Wolfsbrunne (prope Hohentrüdingen) et in Boubenhaim (praef. Gunzenhausen).
. . . .	Hermannus Herbipolensis Episcopus, monasterio in Ahusen appropriat XX. jugera agrorum et IX. jugera vinearum, cum una area in villa Segeniz, a Warmundo, filio Heroldi Rudelin, resignata. Testes: Albertus de Lobdeburg, Canonicus. Johannes Pincerna. Actum apud Herbipolim VI Id. (8.) Januarii. Pontif. anno XXIX.
. . . .	Cleri Herbipolensis confoederatio contra libertatum suarum violatores. Datum V. Id. (9.) Januarii.

Annus.	Bavarica.
1254.	. . . .
1254.	Gotfridus de Solzburch fundato a se monasterio in Seeligporten confert ecclesiam parochialem in Pollingen. Actum apud Solzburch XIX. Kal. Februarii (14. Jan.).
1254.	. . . .
1254.	Haeinrich de Bappenheim, Imperialis aulae Marisalcus, notum facit, quod Hainricus de Bynzwangen, miles suus, ecclesiae Sanctae Mariae in Caesarea donaverit curiam suam in Rudershaim. Act. apud Caesaream, prima die Non. (7.) Martii. Ind. XII.
1254.	. . . .
1254.	. . . .
1254.	Philippus, Salisburgensis Archiepiscopus, confirmat electionem Ottonis de Landsdorf in Archidiaconum Episcopatus Pataviensis. Act. Rastat in ecclesia, XVII. Kal. Aprilis (16. Mart.). Ind XII.

Alemanica.	Francónica.
. . . .	Coram Hermanno Herbipolensi Episcopo Wolframus de Urheim, pro captivitatis lytro bona uxoris Cunegundis vendens, eidem XXIV. jugera vinearum et duo Forwerc in villa Gebinde (Gedheim) et unum Forwero in villa Urheim (Euerheim) pro compensatione assignat. Testes: Marquardus Orphanus Camerarius. Rugerus Pincerna. Actum II. Id. (12) Januarii. Ind. XII. Pontif. Hermanni anno XXIX. in capella civitatis Hasefurthe.
. . . .	Heinricus, dictus Wibelore de Cellingen, fratribus Sanctae Mariae Theutonicorum in Wirceburg donat bona sua in marchia Zellingen. Testes: Marquardus Praepositus, et Arnoldus majoris ecclesiae Decanus. Actum XVI. Kal. Februarii (17. Jan.). Ind. XII.
. . . .	Marquardus Orphanus, Camerarius Herbipolensis, curiam suam cum pomerio, horto fratrum domus Teutonicae contiguam prope Scotos, tradit ecclesiae Sancti Jacobi ibidem. Actum Herbipoli mense Martii, feria secunda prima post dominicam Reminiscere VII. Id. (9) Martii.
. . . .	Molendinum super aquam, sub monte Bergheide, ab Ebracensi monasterio constructum, et a Wolframo de Urheim, Thiemonis filio, ex captivitate apud Lisberberc (Lifsberg) reduce, impetitum, coram Degen de Lichtenstein, Herbipolensi Sculteto in Hasevurthe, Bertholdo Ebracensi Abbati addicitur. Testes: Degen Plebanus de Hasevurt. Siboto de Uffenheim. Acta Pontif. Hermanni anno XXIX.

Annus.	Bavarica.
1254.	. . . .
1254.	. . . .
1254.	Idem monasterio in Roth concedit erectionem Prioratus in Pillersee. Actum Salzburg III. Kal. Aprilis (30. Mart.). (M. B. I. 387.).
1254.	. . . .
1254.	Henricus, Praepositus in Paeringen, duabus filiabus Burkardi Sellatoris, civis Ratisponensis, tradit quasdam decimas in Paeringen. Actum et datum Ratisponae IV. Id. (10) Aprilis.
1254.	Ulricus, Secoviensis Episcopus, per Papam in judicem delegatus, antistites monasteriorum de Tegernsee, Ebersperg, Rot, Atila, Weihensteffan, Scheyern, Peurberg, Cell, Undesstorff, sub termino ultimo peremtorio Rastattam evocat, ut perpensa Innocentii IV. Bulla d. d. Assissii II. Non. (4.) Junii, Pontif. anno X. contra omnes clericos, qui Duci Bavariae iniqua statuenti consenserint, Frisingensi Episcopo sese ibi submittant. Datum Vienne Ind. XI. (XII.) Kal. Madii (1. Maii).
1254.	Concambium inter Sophiam, Chiemseensem Abbatissam et Ludovicum Ducem Bavariae, super bonis ecclesiae in Fultepp, in Valle Eni, juxta castrum Rattenberch, et super bonis in Bernsteta, duobus videlicet praediis, Steta dictis. Act. in claustro ecclesiae, quae dicitur Nunnenwerd, IV. Non. (4.) Maii. (M. B. II. 453.)

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Iriagus, Herbipolensis Episcopus, Cisterciensis ordinis Sanctimonialibus in Meidbrunnen confert duos mansos et dimidium in territorio apud Ezelhusen, ab Henrico Stumphe comparatos, et a Comitibus in Hennenberg resignatos. Datum Herbipoli XV. Kal. Aprilis (18. Mart.). Ind. XII. Testes: Burchardus de Ebersberg, Praepositus in Hauge. Echardus Dapifer. Gernodus Hofscultetus.
. . . .	Heitvolk, ecclesiae Sanctae Mariae in Halsprunne pro sepultura sua offert praedium suum in Siedelbach (praef. Mkt. Erlbach). Dat. XII. Kal. Aprilis (21. Mart.) Ind. XII. Testes: Heinricus de Seckendorf. Cunradus Vorestarius de Nurenberc.
. . . .	Heinricus, Eistetensis Episcopus, monasterio in Wilzeburch incorporat ecclesiam in Wetelsheim (praef. Heidenheim). Dat. apud Morensheim III. Kal. Aprilis (30 Mart.). Pontif. anno VIII. (Alexander Papa IV. confirmat. Dat. Viterbii V. Id. (9.) Augusti. Pontif. anno III.). vid. *Jungs* antiquit. monast. in Wilzburg. p. 16 et 18. v. *Falkenstein* Urkunden S. 57. 59. N. 43. 46.
. . . .	. . . .
. . . .	. . . .

Annus.	Bavarica.
1254.	. . . .
1254.	. . . .
1254.	Philippus, Salisburgensis ecclesiae Electus, Waltherio, Abbati de Reitenhaslach, confert jus proprietatis trium mansorum in Sumpatenchirch, cum decimis quibusdam in parochia Perchirch, a Wipotone et Ottone fratribus de Tirringen resignatorum, addito ibidem praediolo Leobardi de Tegerwath, manso in Ecchingen et curte in Perchirche, a Cunrado de Ysen possessa. Act. in Werven X. Kal. Junii (23. Maii).
1254.	. . . .
1254.	. . . .
1254.	. . . .
1254.	Innocentius Papa IV. Archiepiscopo et Clero Salisburgensis Provinciae mandat, ut monasterium in Bulenhoven, Cisterciensis ordinis, contra malefactores defendant. Datum Anagniae VIII. Kal. Jul. (24. Jun.). Pontif. anno XI.
1254.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Concordia inter Capitulum Herbipolense et fratres domus Teutonicae in Huttenheim, ob censum de bonis in Ikolfsheim (Ickelheim, praef. Ansbach). Dat. Herbipoli IV. Non. (4.) Maii, Ind. XII.
Transactio inter Hartmannum, ecclesiae Augustensis Episcopum, et cives Augustanos. Acta Ind. XII. IV. Non. (4.) Maii, proxima die post inventionem Sanctae Crucis, in capitulo Augustensi.	
. . . .	Innocentii Papae IV. indulgentiae pro monasterio in Rebdorf. Datum Anagniae XVI. Kal. Julii (10. Jun.). Pontif. anno XI.
. . . .	Idem Abbati de Wilzeburg, ordinis Sancti Benedicti, concedit, ut nonnullos monasterii sui conventuales pro violenta sibi facta manuum injectione excommunicatos, absolvat. Datum Anagniae XII. Kal. Julii (20. Jun.). Pontif. anno XI.
. . . .	Ejusdem indulgentiae pro Capitulo Eistettensi. Dat. Anagniae X. Kal. Julii (22. Jun.). Pontif. anno XI.
. . . .	Hilteboldus de Rotenberge, consensu conjugis suae Elysabeth, sororibus ordinis S. Mariae Magdalenae in Nuremberc donat curiam sitam in Ristelbach. Acta X. (?) Idus Jul. (9. Jul. ?) Ind. XII. v. *Würfels* Nachr. S. 949.

Annus.	Bavarica.
1254.	. . . .
1254.	Philippos, Salisborgensis Archiepiscopus, Ludovico et Heinrico Ducibus jure feodali confert: 1) advocatiam monasterii in Scon, aliaque feuda, quae Comes de Wazzerburch ab ecclesia Salisburgensi tenuit; 2) feoda Palatini Comitis Bavariae, praeter advocatiam in Nunnenwerde eitra montem Strichen, exceptis quoque feodis, quae ab ipso Comite Palatino habebant ministeriales ecclesiae. In quorum recompensationem Duces tradunt Archiepiscopo: a) Comitiam sive Judicium per provinciam Chiemgeo, quam habuit ab ipsis Chunradus Comes de Pleien, subsequenter Comes Palatinus Rapoto, deinde Siboto de Tetelheim, a quo ipsam juris ordine Archiepiscopus evicit, ita tamen, ut pars judicii ejusdem comitiae ultra Altsam fluvium (hodie praef. Trosburg) in potestate Ducum remaneat; b) renunciant Duces omni impetitioni Comitiae de Leubenawe, feodorum Chunradi de Vager, et judicii nemoris. Testes: Heinricus Chyemensis Episcopus, Albertus Comes de Mosen, Burchardus Comes de Grunenbach, dictus de Wiser. Acta juxta Castrum Dorenberch, in villa Eharting VI. Kal. Augusti (27. Jul.).
1254.	Gotfridus de Solzborch offert ad monasterium Felicis Portae paroehiam in Pollingen, hactenus feudali jure a se possessam, consentiente Landgravio Friderico de Leuchtenperge. Acta Ind. XII. Nonas (5.) Augusti. Datum apud Castrum Waldecke. (Heinricus Eistettensis Episcopus confirmat, Actum apud Eystettem, Datum III. Non. (3.) Septembris).
1254.	. . . .
1254.	Innocentius Papa IV. in causa Capituli Ratisponensis contra Henricum, Rectorem ecclesiae in Stouf, super canonicatu et praebenda, processus Abbatis monasterii in Wilzeburch irritos declarat, et Rectori silentium imponit. Dat. Anagniae IV. Kal. Septembris (29. Aug.). Pontif. anno XII. vid. *Ried* l. c. num. 463.
1254.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	. Iringus, Herbipolensis Episcopus, ecclesiae in Rebedorf confirmat immunitatem thelonei per pontem Ossenfort. Datum apud Wirzeburg in monte beatae Mariae, XVI. Kal. Augusti, (17. Jul.). Ind. XII. Pontif. anno I.
. . . .	Idem ad Clerum, ne sorores poenitentium Sanctae Mariae Herbipoli, in collectione eleemosinarum repellantur. Datum Herbipoli III. Id. (11.) Augusti. Pontif. anno I.
. . . .	Bertha, Comitissa de Castele, cum Friderico et Hermanno Comitibus, filiis suis, ob salutem mariti Friderici quondam Comitis, monasterio Ebracensi dimittit litigiosos quatuor mansos et dimidium mansi in Svebeheim. Testes: Vto Dapifer. Cunradus Marscalcus. Acta Ind. XII.

Annus.	Bavarica.
1254.	. . . .
1254.	. . . .
1254.	. . . .
1254.	. . . .
1254.	Al., Pataviensis ecclesiae Decanus, dominabus monasterii in Nidernburg cedit curiam seu grangiam in villa Heibach, quondam militis Chuonradi, Episcopalis curiae Marescalki. Act. Pataviae pridie Non. (6.) Octobris.
1254.	Heinricus de Vagen, coenobio Pihartingensi resignat curiam in Schoenawe, pro XXXV. libris monetae Monacensis. Facta IV. Non. (2.) Novembris. (M. B. V. 465.)
1254.	. . . .
1254.	Gebhardi, Comitis de Hirschberch, Reversales super juribus advocatiae in Eastat, Abbatissae Chiemensi exhibitae. Datum IX. Kal. Decembris (23 Nov.). (M. B. II. 454.)
1254.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Coram Iringo, Herbipolensi Episcopo, Cunradus dictus Torso, Dapifer, ecclesiae ad Sanctum Stephanum tradit proprietatem suam apud Oppherbein (Opferbaum). Testes: Thomasius Apothecarius, Heinricus Notarius. Actum Ind. XII. Pontif. Iringi anno I.
. . . .	Cunradus, ordinis Theuthonicorum Commendator in Otingen, permutat cum monasterio Halsbrunnensi villam suam Geruht (Reuth, praef. Heilsbronn) pro aliis bonis in Michelbach, Grube, Baldingen, certaque pecuniae summa. Act. Ind. XII. Testis: Cunradus Dapifer de Rechenbero.
. . . .	Nicolaus, civis Herbipolensis, venerabilis olim Hermanni Pontificis Magister coquinae, capitulo ecclesiae Sancti Johannis Novi Monasterii constituit censum annuum ex duabus curiis in Oudesenzagele (Eideszagel). Testis: Hermannus Decanus. Acta IV. Non. (2.) Septembris. Pontif. Iringi Episcopi anno I.
. . . .	Innocentius Papa IV. conventum in Kitzingen contra incompetentes beneficiorum provisiones defendit. Datum Asissii VII. Kal. Octobris (25. Sept.). Pontif. anno XI.
. . . .	Ludewicus de Wizelstorf et Rudegerus de Hengesbach erga Capitulum Onolzbacense renunciant juri suo in haereditate bonorum in Rumolstorf. Dat. XV. Kal. Decembris (17. Nov.). Testis: Billungus Subadvocatus.
. . . .	Hermannus de Liebesberg fratribus Ebracensibus dicat curiam suam in Bernheim (Mainbernheim) cum molendino ibidem, pro

Annus.	Bavarica.
1254.	Ludwicus et Heinricus, Comites Palatini Rheni, Duces Bawarie, judicio in oppido Nappurg cum Comitibus, Liberis et Ministerialibus Imperii et Ducatus Bavariae praesidentes, ad imp orationem Episcopi Babenbergensis per sententiam generalem edicunt, quod foresta sine consensu domini nequeant extirpari, nec feoda vel proprietates, Warteseigen dictae, invito domino alienari, quod hominibus domini non liceat, uxores ducere de alia familia, nec ulli domino munitiones exstruere in alterius fundo. Actum mense Novembris. Ind. XII.
1254.	Literae reversales Ludovici, Comitis Palatini Rheni, Ducis Bavariae, super dato sibi et Ottoni filio per Ekbertum Babenbergensem Episcopum feodo antiqui Comitis Alberti de Pogen, a Pattavia scilicet ad Ratisponam usque, ex utraque ripa protenso. Datae apud Esseling anno dom. MCCXXVIII. Ind. I. et visae per Heinricum Babenbergensem Episcopum, in Altah, anno domini MCCLIV. in mense Novembri. (M. B. XI. 199 et 228).
1254.	. . . .
1254.	. . . .
1254.	. . . .

Alemanica.	Franconica.

anniversario patris sui Eberhardi, et sui ipsius sepultura in monasterio Ebracensi, sic quidem, ut infra terminos quatuor silvarum propius adjacentium decedens, propriis monasterii vecturis adportetur. Testis: Bertoldus Advocatus de Windek. Acta VIII. Kal. Decembris (24 Nov.). Ind. XII.

. . . .

Iringus, Herbipolensis Episcopus, Liupoldo, Magistro coquinae in Rotenburg, loco duarum carratarum vini, quas ab eo in feodo tenebat, confert duos mansos in Binolspach, quorum advocatia ad Lupoldum spectabat, cum duabus partibus decimae. Dat. Karlebac IV. Non. (2.) Decembris. Ind. XIV. (XIII.). Pontif. anno I.

Volkmarus de Kemenate donat monialibus in Schonevelt advocatiam et jus patronatus ecclesiae in Diethkirchen (praef. Zusmarshausen). Acta III. Id. (11.) Decembris. Testes: Ministeriales, Sifridus, Dapifer de Dunresperch. Heinricus, Camerarius de Wellenberch.

Hainricus, Camerarius de Wellenburch, Abbati Volkcoino de Keysheim donat duas curias, unam in Affiltrach cum tribus nemoribus, vulgariter Holzmarke,

Annus.	Bavarica.
1254.	Chunradus, miles in Baierbrunne, renunciat omni juri in praedio Schonawe, sibi per uxorem suam, H. de Vagen filiam, competenti. Dat. Ind. XII. (M. B. V. 466.).
1254.	Item Chunradus filius Henrici junioris de Vagen, curiae in Schosnawe, in favorem ecclesiae Pyharting renuntiat. Eodem.
1254.	Item Bertholdus de Vagen, juri advocatiae in praedio ecclesiae Bihartingensis, sito in Perge, et liti supra curia in Schonawe, renuntiat. Eodem. (M. B. V. 466. 467.).
1254.	. . . .
1254.	Ulricus Plebanus Sancti Egidii Pataviae, Procurator Pontis et Provisor Infirmorum, ex jussu Ottonis Domini de Lonzdorf, Pataviensis Episcopi, conscribit omnes reditus ecclesiae Pataviensis, et Pontis, in Austria et Bavaria.
1254.	. . . .
1255.	Berhtoldus Marscalcus de Schiltperch, conventui in Schefilarn remittit pellicium annis singulis sibi debitum. Act. V. Id. (5.) Januarii. (M. B. VIII. 527.).
1255.	. . . .
1255.	Alexander Papa IV. confirmat ecclesiae Chiemensi sequentes *) Eberhardi Archiepiscopi Salisburgensis literas: 1) Super beneficio apud Halle, ab Engelberto Marchione in Chraybureh

*) Caeterum quam maxime abnormes, ob incongruam Indictionum computationem, et quum omnibus Eberhardi authenticis aliis primordium sit: *Ego Eberhardus*: — sine *trinitatis individuae* invocatione.

Alemanica.	Franconica.
et in Aitershoven alteram. Acta XV. Kal. Januarii (17, Dec.).	
Ulricus de Bokkesberch domui Sanctae Mariae in Caesarea donat curiam suam in Laugenun, pro recompensatione dampni, grangiae in Lutersbronnen illati. Acta Ind. XII.	
Bertoldus de Niffen monasterio in Ursberg donat ecclesiam in Ror (Rohr, praef. Ursberg) et advocatiam, pro C. libris denariorum Augustensium.	
. . . .	Heinricus, Babenbergensis Episcopus, conventui sanctimonialium Sancti Theodori appropriat talentum unum, a Chunrado de Liebenhawe de moneta in Babenberg pro decem libris Babenbergensis monetae eisdem resignatum. Acta Babenbergae IX. die intrante Januarii (9. Jan.). Ind. XIII. Consensus Capituli. Eodem.

Annus.	Bavarica.
	resignato, nec non super praedio apud Weingarten, decima in Grassau, possessionibus in Sacherang, Narrenbach, Pruting, Rueting et Ekstett. Sine die. 2) Super ecclesia parochiali in Priena. Act. apud Salzburg MCC. Ind. V. (III.). 3) Super jure patronatus in Chirchpüchel. Ibidem MCCXVII. Ind. II. (V.). VII Kal. Augusti (26. Jul.). Data Neapoli II. Id. (12.) Januarii, Pontif. anno I.
1255	Idem Episcopum Chiemensem ad Agnetem Ducissam Bavariae, matrem Elisabethae, Ducissae Sueviae, mittit legatum, ut benevolentiam Papae pro Chunrado Puero, Rege Jerosolymae et Sueviae Duce, quem ipse Papa educare et fovere sibi in corde haberet, protestetur, et Bertholdum, Marchionem de Hohenburg, tamquam nuntium in aulam Pontificis invitet. Datum Neapoli X. Kal. Februarii (23. Jan.). Pontif. anno I.
1255.	. . . .
1255	. . . .
1255.	. . . .
1255.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Idem monasterio Lanchcimensi confirmat omne jus decimarum in villa Mistelvelt (praef Lichtenfels), ab Heinrico milite, dicto Raso, pro XC. libris Babenbergensis monetae comparatum, et a fratribus de Sunnenberc in feudum relevans. Dat. in claustro Lancheim V. Kal. Februarii (28. Jan.) Pontif. anno X. Ind. XIII. Testes: Otto de Ortenberc, Sancti Jacobi Praepositus; *nobiles* Fridericus, dictus Wolpoto et Fridericus de Ofsczen.
. . . .	Eistettensis Episcopus Alberto Comiti de Dillingen, tamquam mandatario Henrici Comitis de Hennenberch, confert feodum, per mortem nobilis viri, domini de Sterenberch, apertum, pro accepto pretio centum et quinquaginta marcarum et cesso feudo mellis, salvis tamen ecclesiae Eistetensis hominibus, silva Northolz, ac possessionibus in Glichforst et Grapvelt sitis. Actum et datum Eistet pridie Kal. Februarii (31. Jan.).
. . . .	Albertus, dictus de Rugersdorf, consensu Alheidis conjugis et Eplini et Burkardi filiorum, sororibus poenitentibus S. Mariae Magdalenae in Nurembero confert praedium suum, situm in Ristelbach. Acta mense Januarii. Ind. XIII. vid. *Würfel* l. c. S. 817.
Hartmannus, Augustensis ecclesiae Electus, ecclesiam Dietchirchen monasterio sororum in Schoenvelt incorporat. Acta Nonas Februarii (5. Febr.)	

Annus.	Bavarica.
1255.	. . . .
1255.	. . . .
1255.	. . . .
1255.	. . . .
1255.	. . . .
1256.	. . . .

Alemanica.

(Alexander Papa IV. confirmat Laterani, IV. Non. Martii. (4. Mart.).

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

Idem, Augustensis ecclesiae Electus et *confirmatus*, cum Hartmanno patre, et Alberto fratre, Comitibus de Dilingen,

Franconica.

C... de Durne, Canonici majoris ecclesiae Herbipolensis et Archidiaconi, literae promotoriales pro nunciis sororum Sanctae Magdalenae, stipem in archidiaconatu suo colligentibus. Datum VI. Id. (8.) Februarii.

Albertus Rindesmul de Grundesperc impetitioni villae minoris Wizmannesdorf (Weismannsdorf, praef Cadolzburg) erga monasterium Halsbrunnense renunciat. Act. VI. Id. (8.) Februarii. Ind. XIII. Testis: Karolus Albertus judex.

Willebrandus Heinrico Babenbergensi Episcopo restituit castrum Nyesten et bona ecclesiae in officio Weizmuon (Weismain) pro annua pensione XXXV. librarum, carrada una vini, vel V. libris annuatim, nec non pro praebenda una majoris ecclesiae, secundum quod vendi consuevit Testis: Perchtoldus Comes de Liningen. Act. apud Babenberg, die X. intrante Februario (10. Feb.). Ind. XIII.

Coram Heinrico Babenbergensi Episcopo conventus monialium claustri Sancti Theodori apud Babenberg, Anshelmo civi ibidem locat aream, juxta domum ejus sitam, quondam a Rappone, cive Babergensi, ad altare Sanctae Mariae delegatam. Act. in sexta feria capitis Jejunii (12. Feb.).

Alexander Papa IV. monasterium Coeliportae in protectionem suscipit. Datum Neapoli per manum Guilielmi, Magistri scolarum Parmensium, S. R. E. Vicecancellarii, II. Id. (12.) Februarii. Ind. III. (XIII.) incarnationis dominicae anno MCCLIV. Pontif. Alexandri anno I (i. e. MCCLV. annum a prima die Martii computando, quum Alexander XII. Februarii MCCLIV. nondum esset electus).

Annus.	Bavarica.
1255.	Albertus, Ratisponensis Episcopus, conventui in Windeberg confert decimas novales in parochiali ecclesia Windeberg et filia sua, Sancti Engelmari ecclesia. Datum Ratisponae XII. Kal. Martii (18. Feb.). Pontif. anno IX.
1255.	. . . .
1255.	. . . .
1255.	Ottachrus, qui et Premizl, Dominus Regni Bohemiae, ecclesiae Sancti Nicolai confert immunitatem a teloneis Austriacis. Act. et dat. apud Chrembsam XV. Kal. Aprilis (18. Mart.). (M. B. IV. 347.).
1255.	Chunradus, miles de Sebruck, monasterio Attilensi donat praedium in Puech. Acta XI. Kal. Aprilis (22. Mart.). (M. B. I. 283.).
1255.	. . . .

Alemanica.

sanctimonialibus in Medingen vendit curiam quandam ibidem, a Suellone ministeriali Comitum quondam possessam, pro CV. libris Hallensibus. Actum publice, proxima feria VI. ante dominicam Invocavit (12. Feb.). Testes: Ulricus, Comes de Wirtenberch. Rudolfus, Dapifer de Dillingen.

. . . .

. . . .

Alexander Papa IV. confirmat privilegia monasterii Schoenfeld et possessiones ejusdem in Dietchirchen, Vilibach, Wengin, Braitenbrunnen, Messeinshoven, Bauersried, Schellenbach, Reters-

Franconica.

Chunemundus, filius Heinrici de Gyech, Heinrico Babenbergensi Episcopo restituit castrum Gyech, (praef. Schesslitz) hactenus occupatum, pro CL. marcis argenti, sub hypotheca villae Herzogengeriuth, (Herzogenreuth). Act. apud Memelsdorf, mense Februarii. Ind. XIII.

Albertus de Hohenloch conventui in Halsprunn pro silvarum suarum excisione in restaurationem confert decimas suas in Bullisheim, Hagnhouen (Haaghof, praef. Mkt. Erlbach) et Selhosperge. Act. mense Februarii Ind. I. (XIII.). Testes: Heinricus de Hohenloch. Gotfridus de Hohenloch. Rapoto de Gollehoven.

Annus.	Bavarica.
1255.	Otto de Porta quosdam ecclesiae Burensis colonos infeodat de duobus graminibus, nuncupatis Egenpiuge et Sangenwise. Acta feria tertia, in paschali hebdomade (30. Mart.).
1255.	Albertus, Comes de Mosburch, ob fidejussionem patris sui ab Ekkeberto Bambergensi Episcopo ad mille libras damnificatus, in recompensationem earum CC. libras denariorum recipit. Actum apud Landeshut mense Martii. Ind. XIII.
1255.	. . . .
1255.	Chunradus Frisingensis Episcopus et Gebhardus de Toelnze, cum consensu Henrici de Hohenburk, fratris filii, ecclesiae in Piburk (Biburg, praef. Ingolstadt) tradunt curiam in Umelstorf. Acta Frisingae, II. Kal. Maii (30. Apr.). Ind. XIII.
1255.	. . . .
1255.	Eberhardus Praepositus in Wertsee, Frisingensis Canonicus, et frater ejus Bernardus, nobilis de Wilhayn, a patre ipsorum liberos Ulrici de Witolshoven, monasterio Tegernseensi donatos esse innotescunt. Datum Pollingen V. Non (3.) Maii. Testes: Eberhardus Praepositus, et frater Bernardus, nobilis dictus de Wilhaim. Bernhardus genitor et mater Agnes, et frater eorum Henricus.
1255.	. . . .
1255.	Chuonradus, Frisingensis Episcopus, monasterio in Steingaden confert jus patronatus ecclesiae in Bitengoev, suae dioecesis, pro LXVI. libris Augustensis monetae. Dat. VI. Id. (10.) Maii. (M. B. VI. 528.).

Alemanica.	Franconica.
hirsen et Niukirchen. Datum et actum X. Kal. Aprilis (23. Mart.). Ind. XIII Pontif. anno II.	
. . . .	Lodwicus et Heinricus, Comites Palatini Rheni, Duces Bavariae, Chunigundem, Heinrici de Striperch (Streitberg) uxorem, et Burchardi de Hahoren (Kirchahorn) filiam, in jus Babenbergensis ecclesiae ministerialium transmittunt. Dat. apud Landeshut mense Martii. Ind. XIII.
. . . .	Alexander Papa IV. priorissam et sorores ad Sanctum Marcum Herbipoli in protectionem suscipit. Datum Neapoli II. Kal. Maii (30. April.). Ind. XIII. Pontif. anno I.
. . . .	Liupoldus de Ahorn Babenbergensi ecclesiae confert dimidium mansum in Brunberc (Brumberg, praef. Pottenstein); sub sigillo Friderici nobilis de Truhendingen. Act. in Beierriud, in inventione Sanctae crucis (3. Maii).

Annus.	Bavarica.
1255.	. . . .
1255.	Reversales Chunradi Haentlaer, civis Monacensis, erga Parthenion Kyemense super obligata sibi curia. Acta mense Maii. Ind. XIII.
1255.	Albartus de Hertansperch praedium apud Kyzzing legat ad ecclesiam Phafenwerde, consentiente Ottone de Aschau, fratre. Acta II. V. Luna prima Junii, (?) Ind. III. (XIII.).
1255.	Heinrici, Episcopi Chyemensis, indulgentiae pro iis, qui nuntios fratrum Chyemensium, patrocinium Christianorum implorantes, benigne recipiant. Datum Roue (?) IV. Non. (2.) Junii.
1255.	Hermanni, Abbatis Altahensis (Niederaltaich) consensu, Albardus, Hospitalarius suus, curiam et molendinum in Musing locat Heinrico de Mosdorf, judici in Landau. Actum Altah, in coenaculo V. Id. (5.) Junii.
1255.	. . . .
1255.	Walthero, Abbati de Raitenhaslach, a Popone de Rehpokking, puero, praedia in Holzhaeim, Puffing, Auperch, Haide, Mad, Chobel et Pirkach sibi comparanti, evictorum nomina designantur. Dat. in Wazzerburch pridie Id. (12.) Junii. Ind. XIII. (M. B. III. 152.). (Consensus juvenis Bopponis, XV. Kal. Decembris (17. Nov.) MCCLIX. (M. B. III. 157.)
1255.	. . . .
1255.	Ottocharus Dominus Regni Bohemiae, Dux Austriae, coenobii Raitenhaslacensis immunitates a teloneis Austriacis innovat. Dat. Wiennae VI. Kal. Julii (26. Jun). Ind. XIV. (XIII.) (M. B. III. 151.).

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Iringus, Herbipolensis Episcopus, Giselae, uxori Bertoldi de Spizesheim, recognoscit castrense feodum in castro Spiezesheim. Datum IX. Kal. Junii (25. Maii). Ind. XIII. Pontif. Iringi anno II.
. . . .	Confirmante Heinrico Eistettensi Episcopo, Wolfherus de Sigeberch monasterio in Wilzeburch donat jus patronatus ecclesiae in Hurelbach (Hürlbach, praef. Weissenburg). Datum in choro Eistettensi, V. Id. (9) Junii. Pontif. anno IX. vid. *Jungs* Antiq. Wilzeburg. p. 17. *v. Falkenstein* Urkunden S. 51. n. 44. u. 45.
. . . .	Coram Heinrico, Sculteto de Nurenberc, Fridericus de Brugperc, suo tutorisque nomine filiorum fratris sui, coenobio Halabrunnensi pro D. libris Hallensibus vendit bona sua in villa Muselndorf, (Mausendorf, praef. Heilsbronn) tam ipsa praedia, quam advocatiam. Testis: Otto, Abbas. Act. Id. (13.) Junii. Ind. XIII.

Annus.	Bavarica.
1255.	Agnes, Abbatissa in Kubach, praedium suum in Kolenriet, ab Ottone de Muncubach hactenus jure feudali possessum, cedit monasterio Indersdorfensi, in concambium pro praedio in Arinsriet. Acta VII. Id. (9.) Julii. (M. B. XIV. 150.)
1255.	Alexander Papa IV. Frisingae Episcopo et Clero indulget, ne ad receptionem alicujus in ecclesias suas compelli possint per literas Apostolicas. Datum Anagnie Id. (15.) Julii. Pontif. anno I.
1255.	. . . .
1255.	Heinricus, Dux Bavariae, arbitros nominat ad concordandum cum Ottone Episcopo Pataviensi. Dat. Vilshoven XII. Kal. Augusti (21. Jul.).
1255.	Waltherus, Praepositus in Ror, aream sitam in platea pontis Ratisponae, a Chunrado, dicto Scheuko, resignatam, Magistro Sibotoni, Ratisponensis ecclesiae Scholastico, et Magistro Leoni, ejusdem ecclesiae Canonico, ad vitae tempus confert. Acta in Ror IX. Kal. Augusti (24. Jul.). Ind. XII. (XIII.).
1255.	. . . .
1255.	. . . .
1255.	Sententia Comitis de Grumpach, dicti de Wier, Henrici, illustris Ducis, provincialis judicis apud Pilsting constituti, in causa monasterii Sancti Nicolai et Domini Hertwici de Hutte, super quibusdam possessionum suarum terminis. Acta in vigilia Sancti Bartholomei (23. Aug.) (M. B. IV. 346.)
1255.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Henricus miles de Hofsteten a conventu de Rebdorf pro XX. libris denariorum Hallensium emit quandam curiam in Espinloch, quam illico donat ecclesiae Sancti Johannis Baptistae in Rebdorf, coram H.., Eistettensi Episcopo et G.., Comite de Hirzperch. Datum apud Tollenstein XIII. Kal. Augusti (20. Jul.).
. . . .	Iringus, Herbipolensis Episcopus, fratribus de Lancheim praestationem annuam duarum carratarum vini, bonis eorum in Randersaker impositam, pro redimenda injusta vexatione eorum remittit. Dat. V Kal. Augusti (28 Jul.). Ind. XIII. Pontif. anno II.
. . . .	Idem omni juri defensionis in bonis Burchardorf (nunc Tambach, praef. Sesslach) renunciat. Dat. eodem. vid. *v. Schultes* l. c. S. 83.
. . . .	Guta, uxor Supplini militis de La, coram judicio in Nurembere, donat coenobio in Halsbrunne praedium suum in Museldorf (Mausendorf, praef. Heilsbronn). Acta Ind. XIII.

Annus.	B a v a r i c a.
1255.	. . . .
1255.	Chunradus, Comes de Wazzerburch, coenobio in Altenhohenowe testamento suo legat castrum in Gritscinesteine. Acta in nativitate Sanctae Mariae, (8. Sept.). (M. B. XVII. 16.).
1255.	. . . .
1255.	. . . .
1255.	. . . .
1255.	. . . .
1255.	. . . .
1255.	Fridericus et Gebhardus, germani Landgravii de Lukkenberge, Gertrudem Crebzengesitz nuptam cedunt monasterio in Waldsassen. Dat. XII. Kal. Novembris (21. Oct.).

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Albertus de Hohinloh capitulo majoris ecclesiae Babenbergensis restituit bona io Gollehoven (Gollhofen, praef. Uffenheim) et in Dornheim (praef. Markt - Bibart), a se et felicis memoriae patre suo Gotfrido hacteous detenta. Datum Ind. XIII.
. . . .	Alexandri Papae IV. privilegium capitulo Onolsbacensi iodultum, contra omoes provisiones Papales, ante expletum tempus, quo quatuor praesentes exspectantes usum praebendarum assecuti fuerint. Dat. Anagniae XIII. Kal Octobris (19 Sept.). Pontif. anno I.
. . . .	Heinricus juvenis Cropf de novo castro Flugeliogin, interveotu Kunegundis, cognatae suae, domini Cunradi, p. m. de Girn relictae, ad ecclesiam in Wilzeburc tradit curiam quandam in Wimersheim (Weimersheim, praef. Weissenburg). Datum in castro Flugeliogio, Kal. (1.) Octobris.
. . . .	Alexander Papa IV. monasterium vallis Sanctae Crucis io protectionem suam suscipit. Datum Anagnie III. Non. (5.) Octobris. Ind. XIV. Pontif. anno I.
Hartmannus, Augustensis Episcopus, conventui in Urspere incorporat ecclesiam Rore. Acta Ind. XIV. VIII. Id. (8) Octobris.	
. . . .	Idem capitulo Ooolspaceosi confirmat provisionem vacantis, vel vacaturae Praepositurae. Dat. ibidem. III. Id. (13.) Octobris, Pootif. anno I. vid. *Jung* l. c. pag. 125. v. *Falkenstein* l. c. S. 56. n. 42.

Annus.	Bavarica.
1255.	Fratres Eremitae, ordinis Sancti Wilhelmi in colle lapidum (Schönthal, forsan prius Arnstein?) Remberto, Retzensis ecclesiae Plebano, pro praedio Görggen, Retzensis ecclesiae dote, assignant aliud. Data Ratisponne, per manus Magistri Gotschalci, XII. Kal. Novembris (21. Oct.).
1255.	Cunradus, Frisingensis Episcopus, et frater suus uterinus Gebhardus, nobilis de Tölnz, inter sese et Tegernseense monasterium dividunt liberos Sibotonis Rabnekker. Act. Frisingae II. Id. (12.) Novembris.
1255.	. . . .
1255.	Heinricus, Dux Bawaric, ad judices suos, ut liceat, hominum suorum filias in familias monasterii inferioris Altahae nuptum ducere. Datum in Naternberch, IV. Kal. Januarii (29. Dec.) (1254?). (M. B. XI 229.)
1255.	Gerboto, Sancti Nicolai Praepositus, ad instantiam Chunradi, liberi de Horbach, Advocati, Reinoldo juniori feodum in Gerchweis, vulgo Eisenlehen dictum, ad vitae tempus concedit. Acta pridie Kal. Januarii (31. Dec).
1255.	Chunradus de Stainichirchen ecclesiae beatae Mariae in Raitenhaslach donat praedium suum in Stadel. Dat. Titmaningen. Ind. XIV. (M. B. III. 153.).
1255.	Wernhardus, Comes de Lembereh, et Heinricus, frater ejus, recognoscunt jura praedictae ecclesiae super insula et prato in Bercha. (M. B. III. 153).
1255.	Ulricus, Secoviensis Episcopus et Or: Abbas Medlicensis, tamquam judices a sede Apostolica delegati, Ludovicum et Henricum, Duces Bavariae, citant, ut comparcant, Ludovicus Salzburgi, Henricus Patavii, ex jussu Bullae Alexandri Papae d. d. Neapoli V. Kal. Aprilis. Pontif. anno I. Episcopo Frisingensi responsuri super damnis a Duce Bavariae, in vinculo excommunicationis defuncto, ecclesiae irrogatis. vid. *Meichelbeck.* II. 44.
1255.	Engelchaldus Hupfhaim, de familia ecclesiae Sancti Andreae in Frisinga, civis quondam Monacensis, pro luminaribus altaris S. Johannis in ecclesia Monacensi legat jus vendendi panes in foro Monacensi, in uno scamno, sive stallo, et dimidio, quod vulgariter dicitur Anderthalbpanch.

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Arnoldus, Dei gratia Thesaurarius Babenbergensis, dictus de Sunnenberch, monasterio Langheimensi vendit mansum suum in villa Wizbrem (Weisbrehm), in valle Swabtal (Schwabthal, praef. Lichtenfels). Dat. apud Babenberg V. die intrantis Decembris (5. Dec).

Annus.	Bavarica.
1255.	Otto de Stainhart monasterio Rotensi donat tres curias, Geroldesdorf, Werolfingen, et Piugenpereh, et unum molendinum in Steinhart. (M. B. I. 389.).
1255.	Bernardus de Dreswiz partem agrorum, ad villam, quae dicitur Hovelin, pertinentem, viginti circiter jugera in agris et in pratis, in ecclesiae Pehemischen-Pruche dotem assignat, excepto jure advocatiae. Testis: Diepoldus, Landgravius de Liuggenberge.
1255.	Rihza, superioris Monasterii Abbatissa, coenobio Sanctae Mariae in Poulenhoven tradit quosdam agros, a Sifrido de Sigenhoven in feodo possessos, pro curia in Ernstorf, et alia curia in Meuzenspach.
1255.	Conventus Sanctae Mariae in Niedernburg locat Alhaidi, viduae Alrami carnificis, dimidiam partem domus fabrilis, ab Ulscalko, fabro, resignatam.
1255.	. . . .
1255.	. . . .
1255.	. . . .
1255.	. . . .
1256.	Hartmanus, Augustanae ecclesiae Electus, monasterio Diessensi donat ecclesiam in Brunen. Datum Ind. XIV. XVI. Kal. Februarii (17. Jan.).

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Adelheidis, uxor Eberhardi de Turnawe, cum Eberhardo et Alberto filiis, claustro monachorum Sancti Michaelis in Babenberg legat unum mansum, situm in Lymardorf (Limmersdorf, praef. Kulmbach), vocatum „der Buhel.“
. . . .	Fridericus dictus de Kezzelberch liti contra ecclesiam in Wilzeburch, super duabus curiis in Stadelhoven (Stadelhofen) et in Obernkezzelberch (Kesselberg, praef. Stauff) renunciat.
. . . .	Ludewicus de Schipphe Lupoldo, Magistro coquinae Imperialis aulae de Nortinberc, vendit tredecim jugera vinearum et dimidium in Bernheim (Mainbernheim), dimidiam karratam Vini, et familiam Bohemi in Buch.
Waltheri, militis de Vaiming consensu, miles sibi astrictus Wortwinus, fratribus in Kaysheim vendit praediolum quoddam in inferiori Glaheim, cum nemore parvulo. Actum publice, in castro Vaiming.	

Annus.	Bavarica.
1256.	Reinboto de Swartzenburch decimam in Monaco (Waldmünchen), ab Alberto Ratisponensi Episcopo hospitali Sanctae Katharinae in pede pontis Ratisponae collatam, a se tamen in odium Episcopi detentam, restituit. Acta IX. Kal. Februarii (24. Jan.). vid. *Ried* l. c. num. 468.
1256.	Maehtildis, vidua Suevlini de Hattenhoven, nunc autem uxor Chunradi Sarwurhten, bona defuncti mariti sui, si per secundum maritum pueros non sit habitura, legat Dominae Hiltrudi, Abbatissae de Altenmünster. Acta mense Januarii, proxima die post conversionem Sancti Pauli (26. Jan.).
1256.	. . . .
1256.	Alexander Papa IV. confirmat parochiae in Pollingen cum monasterio Felicis Portae conjunctionem. Datum Laterani V. Kal. Februarii (28. Jan.). Pontif. anno II.
1256.	Idem Episcopum Ratisponensem intra dioecesin Tridentinam quosdam redditus possidentem, provocat ad auxilia contra Ecelini continuas incursiones. Datum Laterani V. Id. (9.) Februarii. Pontif. anno II.
1256.	. . . .
1256.	. . . .
1256.	Compositio inter ecclesiam Biburgensem atque Ottonem et Ulricum, nobiles de Stein, eo facta, ut curia Abens semper ad eum pertineat, ad quem castrum Abensberg fuerit devolutum. Actum III. Id. (13.) Martii.

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Coram H. Sculteto et universitate civium Nurembergensium Albertus dictus de Rugersdorf monasterio S. Petri in Castello tradit praedium suum, situm in Bettenhoven (praef Altdorf. Acta in octava Fabiani et Sebastiani martirum (27. Jan.). Ind. XIV. vid. M. B. XXIV. 27.
Literae compositionis W..., Abbatis ecclesiae Caesariensis, cum Hainrico Gugelnberger, super curia in Schwarzenberc, mediante domino Ulrico de Munstern. Act. apud castrum Munstern, in die Sancti Mathiae Apostoli (25. Feb.). Similiter super curia in Keuenriet. Act. ibidem et eodem.	

Annus.	Bavarica.
1256.	. . . .
1256.	Ulricus, Dux Karinthiae, domino Dieterico de Altheim titulo feodali confert plures curtes in Tapheim, et totum illum situm, qui Heiternowe vocatur; unam quoque curtem in Chichelingen, et in Osterhoven apud Witishlingen alteram. Act. in Lichtenwalde IV. Kal. Aprilis (29. Mart.). Ind. XIV.
1256.	Ulricus, Abbas Sancti Emmerami, ad officium obellariae pro ministrandis ovis deputat curiam in Harde (Hart prope Reinhausen), novale in Swaebelwiz, novale prope Aiterhoven in Lintach, cum beneficio Forstlehen, item hubam in Suncing (Obersünzing), curiam in Hagenpuch, nec non in Zeholving (prope Landau). Datum Ratisponae III. Kal. Aprilis (30. Mart.).
1256.	. . . .
1256.	. . . .
1256.	Chunradus de Ernvels loco decimarum de universis proventibus possessionum suarum coenobio Sanctae Mariae in Buelenhofen tradit praedium suum Tetenhoven, et Haedwigis, matris suae, curiam, nec non mansum unum in Anzenhoven. Acta in coenaculo Alberti Ratisponensis Episcopi, VII. Kal. Maii (25. April.). Ind. XIV.

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Heinricus, Babenbergensis Episcopus, monasterio Langheimensi confert decimam in Codele (Höttel, praef Lichtenfels), quam Ramungus de Blassenberc ab Eberhardo de Slozzelberc in feudum tenuit. Dat. in Babenberg X.Kal. Aprilis (23 Mart). Ind. XIV.
. . . .	Idem ecclesiae Sancti Theodori in Babenberg appropriat unam libram denariorum de moneta in Babenberg, a Chunrado de Liebenawe, dicto Puterchrouth, resignatam. Act. Babenberg mense Marcii. Ind. XIV.
Ex Hartmanni, Episcopi Augustensis confirmatione, et Hermanni de Richen Archidiaconi arbitrio, Otto et Hainricus fratres de Bidign spondent Hainrico de Zusmarhusen, S. Gertrudis in Augusta Canonico, non gravare eum in ecclesia Bidign (Widingen, praef. Oberdorf) ultra debitum eis jus advocaticium. Testes: Ludewicus majoris ecclesiae et Sanctae Gertrudis Praepositus. Sifridus Decanus. Rudolfus Vicedominus. Otto Praefectus. Acta VIII. Id. (6.) Aprilis. Ind XIV.	

Anno.	Bavarica.
1256.	Christina, soror coenobii Sanctae Catharinae, civitatis et dioecesis Augustensis, confert monasterio Staingadensi praedinm Vazeray, in montanis, dioecesis Curiensis. Act. IV. Kal. Maii (28. April.) et roboratum eodem per Episcopum Augustensem Hartmannum. (M. B. VI. 528.).
1256.	. . . .
1256.	Capitulum Frisingense dirimit litem inter conventum in Baiwrn, Augustensis dioeceseos, et inquilinos de Lohen, Frisingensis dioeceseos, super juribus parochialibus in Harderen. Actum III. Kal. Maii (29. April.), in choro Frisingensi. (M. B. VII. 130.).
1256.	Alexander Papa IV. monasterio Sancti Emmerami indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicujus per literas Apostolicae sedis, vel Legatos ipsius, cogi nequeat, nisi ipsius sedis literae expressam faciant mentionem de non valituro indulto in casu hujusmodi. Dat. Laterani II. Non. (6.) Maii. Pontif. anno II. (Confirmatum ab eodem Laterani V. Kal. Maii (27. April.) 1257. Pontif. anno III.).
1256.	Idem conventui Sancti Emmerami Ratisponae confirmat incorporationem capellae de Ahchirchen, Ratisponensis dioecesis. Dat. Laterani II. Non. (6.) Maii. Pontif. anno II.
1256.	Chuonradus, Comes de Valchenstain ac de Nuvepurch seu Hadmarsperch, monasterio in Tegrinsee tradit filiam Domini Ulrici de Ostriudorf, Elisabet nominatam. Act. apud Tegrinsee V. Id. (11.) Maii. Ind. XIV. (M. B. VI. 215.)
1256.	Testimonium Episcopi Frisingensis et Cathedralis Sancti Andreae, et Sancti Viti Capitulorum, de institutis per Episcopum Conradum anno MCCLVII. Idibus Madii (15 Maii) servitiis vespertinis, in diebus sabbatinis, ex proventu VI. curiarum in Euting (praef. Erding), II. in Dieng, I. in Ismaning. (*Meichelbeck* II. Instr. 33. sed mendose).
1256.	. . . .
1256.	Decanus Civitatensis (Cindat) et Arnisius Canonicus Aquilegensis, judices sede Apostolica delegati, Episcopum Tridentinum dehortantur, ne interposita jam appellatione, in causa Episcopi et

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Idem capitulo Babenbergensi, ob sterilitatem et hostiles incursus dominorum F... de Truhendingen et F... Burggravii de Nuremberg multipliciter oppresso, incorporat ecclesiam in Krana (Kronach). Act. Babenbergae IV. Kal. Maii (28. April.). Ind. XIV.
. . . .	Coram Heinrico, Comite de Hennenberg, Heinricus liber de Ostheim ecclesiae in Wechterswinkel confert mansum Cunemundi in eadem villa. Testes: Dominus Goteboldus Praepositus in Wechterswinkel. Wolframus Pincerna. Datum mense Maii.

Annus.	Bavarica.
	cleri Frisingensis contra Tridentinum, innovet quidquam ex praetensae provisionis titulo. Datum apud civitatem Austriam. Ind. XIV. Kal. (1.) Junii.
1256.	. . . .
1256.	. . . .
1256.	Dominus Albertus de Voitsperch, et filii fratris sui, Reinbertus et Wilhelmus, haereditatem simul possessam sic dividunt, ut pro una sorte constituant judicium in *Civitate*, monticulum Salern, domum apud ecclesiam Sancti Gothardi et ipsam ecclesiam, areas adjacentes, agros et hortos, nec non extra civitatem Advocatiam de Hohenwart, curiam in Bozano, Volwers, atque decimam et curiam in Schalers, quae vocatur Grube. Act. Brixinae V. Id. (9.) Junii.
1256.	. . . .
1256.	. . . .
1256.	Hildebrandi et Marquardi, fratrum nobilium de Arnsperch, consensus de liberis Ulrici de Memdorf aequaliter cum Ludovico Duce et Heinrico fratre dividundis. Dat. Holenstein proxima dominica post festum beatae Margarethae. (16. Julii).

Alemanica.	Franconica.
Hartmanus, Augustensis ecclesiae Electus, confirmat monasterio in Superiori Schoenfeld privilegia et possessiones, in locis supra (MCCLV.) nominatis, et in Ilsenhoven. Dat. Augustae. Ind. XIV. Kal. (1.) Junii. Testes: Sifrid Dapifer de Donnersperch. Hermannus de Sulzpach.	
. . . .	Heinricus, Fuldensis ecclesiae Abbas, renuneiat omni juri suo in bonis sanctimonialium Coeliportae, in villa Cellingnem (Zellingen). Actum Fuldae in die Bonifacii (5. Junii).
. . . .	Heinricus, Episcopus Babenbergensis, confirmat possessiones infirmariae ecclesiae Sancti Theodori in Babenberg, videlicet vineta in Dachsperg apud Chrummen (Krumm, praef. Hassfurt), agros in Houtsmor, reditus de theloneo et de moneta apud Babenberg et de institis juxta pontem. Act. Babenberg, mense Junii. Ind. XIV.
Alexandri Papae IV. consensus, ut ecclesia parochialis ad Sanctum Petrum uniatur cum monasterio Ottoburano. Dat. Anagniae III. Non. (5.) Julii. Pontif. anno II.	

Annus.	Bavarica.
1256.	Adelheidis, filia Revan, uxor Erkenberti de Henphinfelt, cerae censualem suum, Hartmannum, civem Egrensem, dictum Dyaldum, monasterio in Waldsassen delegat. Act. in Ratisp. in die S. Jacobi. (25. Jul.).
1256.	. . . .
1256.	. . . .
1256.	. . . .
1256.	. . . .
1256.	Siboto, villicus Hainriei de Geruite, Bertoldo, Praeposito in Staingaden, tradit praedium, ab uxore Eberhardi Rin[illegible]er rite coëmtum. Acta Kal. (1.) Septembris.
1256.	Henricus, Abbas in Burren, decimas ex redditibus Eberhardi de Stasenn, ad altare Sanctae Crucis delegat. Acta in nativitate beatae Mariae Virginis (8. Sept.).

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Ejusdem consensu Ramungus et Fridericus de Blassenberch Langheimensi ecclesiae resignant villam in Sirkendorf (Serkendorf) et bona in Stuvelanc (Stublang, praef. Lichtenfels), ab Heinrico et Hermanno fratribus, Comitibus de Hennenberch, in feudo procedentia, pro bonis in Curendorf (Korbersdorf, praef. Wunsiedel) et Michelendorf (Michelndorf, praef. Gefrees). Act. publice in claustro ecclesiae Babenbergae, in die Sancti Jacobi (25 Julii). Ind. XIV. Testes: Heinricus et Hermannus frater suus, Comites de Hennenberch. Dat. XIV. Kal. Septembris (19 Aug.). Episcopatus anno XI. vid. v. *Schultes* Koburg. Landesgesch. Urk. B. S. 15.
. . . .	Iringi Herbipolensis Episcopi indulgentiae pro ecclesia coenobii S. Afrae Herbipoli. Datum II. Kal. Augusti (31. Julii). Ind. XIV. Pontif Iringi anno III.
. . . .	Eystettensis ecclesiae Capitulum Hermanno de Otingen, Hardarii, Advocati quondam Comitis de Hirzperch filio, confert duas partes decimarum omnium novalium ex villa et capella Buech, parochiae in Omesingen (Emsing, praef. Raitenbuch) filiae. Actum in festo Sancti Oswaldi (5. Aug.).
. . . .	Frater Heinricus de Fristinberc, Sacrae domus Hierosolimitanae in Alemania, Bohemia, Polonia et Moravia Praeceptor et Magister, ordinat futura sacra anniversaria Domini Herbordi, Canonici ecclesiae Sancti Joannis in Houge, fratribus hospitalis hujus ordini Herbipoli pro persolutione bonorum acquisitorum in Bibelrieth sexaginta marcas argenti exhibentis. Testis: Fridericus Abbas Sanct Stephani. Actum mense Augusto.

Annus.	B a v a r i c a.
1256.	Alhaid, Comitissa Goriziae ac Tyrolis, ecclesiae Chyemensi concedit immunitatem in curia sua Obermays. Act. mense Septembris, ultimo exeunte (16.) Septembris, in castro Ultimis. (M. B. II 401.).
1256.	. . . .
1256.	. . . .
1256.	. . . .
1256.	Heinricus de Schaumberg ecclesiae Sancti Stephani resignat LX. librarum redditus in villa Leutoltstal. Dat. VIII. Kal. Octobris (24. Sept.). Ind. XIV.
1256.	. . . .
1256.	. . . .
1256.	. . . .
1256.	R. de Ezzenpach renunciat praedio Hetzendorf, litigioso cum monachis de Alderspach, asserentibus, illud ipsis a Palatino Comite R. esse datum, simulque ad altare Sancti Johannis Baptistae, quod in praedicto coenobio construi fecit, dicat praedium in Putelspach. Testis: Comes Heinricus de Ortenperch. Dat. VII. Id. (9.) Octobris.
1256.	Albertus, Ratisponensis Episcopus, Hermanno, Abbati monasterii inferioris Altahae, decimarum novalium duas partes indulget. Actum in Stauf III. Id. (13.) Octobris. (M. B. XI. 229.).

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Heinricus, Babenbergensis Episcopus, Cantoriae officium solemniter instituit, eidem officium Capellaniae Amelungestat (Amlingstadt, praef. Bamberg) annectit et Eberhardum de Hirzperc, Archidiaconum, de iisdem investit. Dat. Babenbergae Ind. XIV.
. . . .	Conradus de Solzburch omni actioni contra domum Halsprunnensem, ob destructionem castri sui Burgelin (Bürglein, praef. Heilsbronn) renunciat. Testes: Frater Otto, Abbas. Heinricus cognomine Hyrcus et Rapoto de Schalchusen, Berhtoldus quondam Officialis. Acta Ind. XIV.
. . . .	Iringus, Herbipolensis Episcopus, monasterio Halsprunnensi annectit ecclesiam parochialem Amelratdorf (Ammerndorf, praef. Cadolzburg). Dat. Herbipoli XII. Kal. Octobris (20. Sept.). Ind. XIII. (XIV.). Pontif anno III.
. . . .	Henrici Episcopi Babenbergensis indulgentiae pro ecclesia parochiali Sancti Sebald. in Nuremberg. Dat. die Sancti Remigii (1. Octob.).
. . . .	Alexander Papa IV. institutionem officii Cantoriae Bambergae confirmat. Dat. Anagniae II. Non. (6.) Octobris. Pontif. anno II.
. . . .	Idem Capitulo ecclesiae Babenbergensis confirmat parochialem ecclesiam in Cranach (Kronach). Eodem et ibidem.

Annus.	Bavarica.
1256.	. . . .
1256.	Elena, Abbatissa in Erla, et monasterium Tegernse, dividunt inter se liberos Ulrici de Pozinfurte. Acta apud Erla XV. Kal. Novembris (18. Oct.). Ind. XIV.
1256.	. . . .
1256.	Ulricus Abbas S. Emerami ad officium Obellariae donat unam hubam cum decimis in Peising. VI. Kal Novembris (27. Oct.)
1256.	. . . .
1256.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
Coram Hartmanno, Augustensi Episcopo, Ulricus miles de Waeldin Gerwico Praeposito in Wetenhusen cedit lite et decima in Hamersteteu. Testes: Dominus Sifridus Decanus. Hainricus de Stauffen Archidiaconus Augustensis. Hainricus Abbas de Aelchingen. Datum Augustae Ind. XV. II. Idus (14) Octobris, in palatio ecclesiae Augustensis.	
Heinricus de Pappenheim sororibus in Schouefeld superiori vendit curiam suam in Mesishoven pro LX. libris monetae Augustensis. Acta Ind XV. VII. Kal. Novembris (26. Oct.) in castro Triushain.	
. . . .	Iringus, Herbipolensis Episcopus, Ruperto, Abbati Sanctae Mariae in Ahusen, appropriat quatuordecim jugera vinearum et alia bona in villa Segeniz, ab Ottone Pincerna vendita. Testes: B.. de Trimpere, Praepositus. Arnoldus Decanus. Burkardus de Ebersberge, Praepositus in Houge. Lupoldus Praepositus in Fuhtewanc, Canonicus majoris ecclesiae Herbipolensis. Marquardus Orphanus Camerarius. Marquardus Cruso Dapifer. Ruggerus Pincerna. Dat. III. Non. (3.) Novembris. Ind. XV. Pontif. anno III.
. . . .	Heinricus, Babenbergensis Episcopus, litem componit inter conventum Sancti Michaelis et Cunradum de Halstat super quibusdam agris ante nemus Husmor et juxta Eigeleuse (Egelsee). Dat. apud Babenberg in die Sancti Theodori (9. Nov.). Ind. XV.

Annus.	Bavarica.
1256.	Ratisponense Capitulum postquam a defuncto Bernoldo, milite de Dracswith, locum, nuncupatum Pons Boemorum, sibi vindicaverat, fratres ibidem in defensionem et gubernationem suam suscipit. Dat. Ratispnnae XII. Kal. Decembris (20. Nov.).
1256.	Joannes de Avennis, miles, filius primogenitus M. Comitissae Flandrensis et Hannoniae, ab illustri principe Rykardo, Comite Cornvalliae, fratre Regis Anglorum, ad partes Alemanniae pro negociis ejusdem destinatus, Ludovico Duci fratris Regis, vel sororis, aliquam filiam cum XII. millium sterlingiorum dote desponsat. Actum in crastino Catharinae (24. Nov.).
1256.	Ludovicus Dux cum Regis Angliae sive sororis suae filia aliqua matrimonium contrahere jurato promittit. Eodem.
1256.	Idem Rikardum Comitem Cornubiae, fratrem Regis Angliae, in Regem Allemaniae et Romani Imperii gubernatorem a se lectum iri juramento cavet. Eodem.
1256.	Idem sponsae suae Brittanicae in dotem assignat omnia bona, a fluvio Nah inferiori usque ad descensum Rheni Datum apud Fürstenberg, VII. Kal. Decembris (25. Nov.). Ind. XV.
1256.	. . . .
1256.	. . . .
1256.	. . . .
1256.	. . . .
1256.	Chunradus Frisingensis Episcopus ad Plebanos ecclesiarum in Ekelhoven et Euting, ut de proventibus seu decimis suis IV. schaffas tritici, mensurae Landshutensis, iste, hic autem modium, Frisingensis ecclesiae capitulo retribuant. Datum Frisingae Ind. XIV. pridie Nonis (4.) Decembris. vid. *Meichelbeck* II. Parte Instr. 34.
1256.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Idem quatuor fratribus sedium in majori ecclesia Babenbergensi remittit bona Chunradi, dicti Chresse, apud Halstat (Hallstadt, praef. Bamberg). Dat. apud Babenberg mense Novembri. Ind. XV.
. . . .	Heinricus Abbas in Kamberg pactum fraternitatis cum monasterio in Heydenheim renovat. Datum mense Novembris, in capitulo Kambergensi.
. . . .	Heinricus dictus de Wemedingen curiam in Rokesvelt anno pridem MCCXLI. dominabus ecclesiae Sanctae Mariae in Wizenburc legatam, eisdem tradit inter vivos. Actum III. Non. (3.) Decembris.
. . . .	Reiterata Heinrici de Wemedingen super hac donatione professio. (Sine die).
Compositio inter Episcopum Augustensem Hartmannum et Albertum de	

Annus.	Bavarica.
1256.	Heinricus, Chiemseensis Episcopus, ex mandato Papae Philippum, Salisburgensem Archiepiscopum, excommunicat. Mitersil V. Id. (9.) Decembris, Ind. XIV. (M. B. II. 527.).
1256.	Heinricus, Palatinus Comes Rheni, Dux Bavariae, monasterio in Alderspach concedit liberum vini ac frumenti transitum in muta sua Vilshoven. Acta in Landau III. Id. (11.) Decembris. (M. B. V. 377.)
1256.	Lis super ecclesiae in Biburch prato quodam, prope villam Hucrelbach, inter Rudolfum Abbatem et Chunradum militem, cognomine Grillo, decisa. Actum Ind. XIV.
1256.	. . . .
1256.	. . . .
1256.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
Summerau, super jure patronatus ecclesiae in Seeg (praef. Füssen). Dat. Margarten, Ind. XV. VI. Id. (8.) Decembris.	
Bertholdus, Comes de Lechesgemunde, innotescit, qualiter praedium Wolfgershoven, quondam cujusdam militis Heinrici Parvi, ministerialis sui, transierit ad usus et jurisdictionem ecclesiae Caesariensis, a progenitoribus suis primitus fundatae. Act. Ind. XIV. in castro Graifspach. Testis: Rammungus de Turheim miles.	
Gebwinus, Abbas Sanctorum Udalrici et Afrae in Augusta, Magistro Bertholdo Cementario confert beneficium censuale in villa Bobingen (praef. Schwabmünchen), a Geggingeriis hucusque possessum. Actum anno Episcopatus Hartmanni V. (M B. XXIII. 9.).	
Coram Ottone de Lapide, ministro in Nordelingen, renunciant filii matronae cujusdam honestae ibidem, dictae Lougingerin, omni juri suo in praedio quodam in Mark, a matre dicta quondam	

Annus.	Bavarica.
1256.	. . . .
1256.	. . . .
1256.	. . . .
1256.	Swikkerus, Judex in Naternberch, ex praecepto Domini sui, Ducis Wawariae, fratribus in Alderspach addicit decimas villae Hohenreut, sicut reliquas in Tekkendorf.
1256.	Ulricus, Abbas Sancti Emmerami, Herrando de Tuozelingen (Tünzling, praef. Kelheim) ad vitae tempus confert pomerium quoddam, situm prope ecclesiam Sancti Johannis.
1256.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
ecclesiae Caesariensi collato. Act. Ind. XIV.	
Machtildis, relicta domini Ulrici de Porta, ecclesiae in Caesarea confert curiam suam in Wikmarten. Act. Ind. XIV. Testes: Rudolf de Kallentin, Rapoto de Wartholfesteten, milites; item Rudolfus junior de Hallentin. Cum sigillo Domini Haeinrici, Imperialis aulae Mariscalci de Bappenhacin.	
Fridericus de Hohenberch ecclesiae Sanctae Mariae in Caesarea confert curiam quandam in Hohendorf. Acta Ind. XV.	
Hartmannus, Comes de Diligen, cum Alberto filio, ecclesiae S. Dionisii in Herbrehtingen confert ecclesiam in Merdinstetin, cum duobus mansis, in quorum recompensationem recipiunt dotem ecclesiae in Bernawe. Testis: Rudolfus Dapifer de Diligen. Heinricus Minister de Giengen.	
. . . .	Herdegenus, miles de Grindela, monasterio Halsbrunnensi pro patris sui recordatione assignat X. libras denariorum Norimbergensium, ex bonis suis in Hittendorf (Hüttendorf, praef. Herzogenaurach). Testis: H... dictus Holtscuher, civis Nurembergensis.

Annus.	Bavarica.
1256. circiter.	Hainricus, Abbas in Burren, laudat divisionem puerorum Berhtoldi, de familia Sancti Michaelis, ex Ottilia, ecclesiae suae attinente.
1257.	. . . .
1257.	Wokho, Dominus de Rosenberg, cum Pataviensi Episcopo disponit terminos judiciorum, inter Danubium et Reuschmichel fluvium. Act. Patavii Idus (13.) Januarii.
1257.	Wernherus, Abbas Priviningensis, Zachariae de Hagen in precariam confert curiam unam in Gmünde. Datum Ratisponae XIII. Kal. Februarii (20. Jan.).
1257	. . . .
1257.	. . . .
1257	Alexander Papa IV. ecclesiam de Sandoltshousen Ratisp. dioecesis ad opus infirmorum monasterii Biburch concedit. Datum Laterani III. Kal. Febr. (30. Jan.). Pontif. anno III.

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Heinrici et Hermanni, Comitum de Kastele, nec non avunculi ipsorum, Heinrici Comitis de Hennenbero consensu, fratres in Ebera ab Hartmanno Advocato de Isenshaim comparant tria jugera vinearum, sita in monte Huswerde. Testi: Vto Dapifer. Acta IV. Non. (2.) Januarii.
. . . .	Bopponis de Trimberg et Arnoldi, majoris ecclesiae Decani consensu, monasterio in Kamberg sub Abbate Heinrico incorporantur proventus duarum ecclesiarum Gebesedeln (Gebsattel) et Tungedal (Thungthal). Actum XIII. Kal. Februarii (20. Jan.), in capitulo majori.
Ritschardus, Comes Glohziter, et Johannes de Avennia miles, filius primogenitus M... Comitissae Flandriae, tamquam nuncii Ritschardi, Romanorum Regis, tactis sacro sanctis evangeliis jurant in animam Regis coronandi, quod Cunrado puero Ducatum Sueviae titulo feodali velit conferre, nec in ullis aliis bonis eum gravare vel perturbare. Acta apud Bacheracum, in die conversionis beati Pauli (25. Jan.).	

Annus.	Bavarica.
1257.	Dipoldus de Percupach Abbati de Piburch remittit jus suum et actionem super proprietate in Haidolvingen. Datum apud Tanhusen, proxima quarta (tertia?) feria ante purificationem beatae Virginis, pridie Kal. Februarii (31. Jan.).
1257.	Heinricus, Abbas Sancti Benedicti in Burren, et dominus Heinricus de Seuelt, vir nobilis, inter se conveniunt de dividunda prole hominum suorum. Acta in die Sancti Blasii martiris (3. Febr.).
1257.	Alexander (Papa IV.) Abbati in Alderspach confirmat ecclesiam de Niederobernhousen, ipsi ab R. Episcopo Pataviensi in proprios usus concessam. Dat. Laterani II. Id. (12.) Februarii. Pontif. anno. III.
1257.	Otto, Pataviensis Episcopus, decernit litem inter monasterium Sancti Nicolai et Leutoldum Pruosching, de curia in Linthaim. Acta XVI. Kal. Martii (14. Febr.), apud castrum Episcopi Ebelsperg. Testis: Fridericus de Wald, Ammanus Episcopalis.
1257.	Reconciliatio inter Ottonem de Porta et ecclesiam Burren. Acta in die Sancti Mathiae Apostoli (24. Febr.). (M. B. VII. 131.).
1257.	Heinricus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, ecclesiae Raneshovensi concedit liberum transitum salis apud Burchusen et Scherding. Dat. in Burchusa IV. Non. (4.) Martii. Ind. XV. (Confirmatum per Ottonem, Ludovicum et Stephanum, Duces, MCCXC.) (M. B. III. 332.).
1257.	Dietricus et Albertus, fratres de Poumgarten, Heinricum dictum Chlein, quem feodali jure a Comite Henrico de Ortenberc tenuere, cedunt monasterio in Alderspach, pro duobus talentis Ratisponensibus. Act. VII. Id. (9.) Martii.
1257.	. . . .
1257.	Neoburgense monasterium Pataviensi Episcopo praesentat novum Praepositum ad confirmandum. Dat. in dominica Laetare (18. Mart.).
1257.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Capitulum majoris ecclesiae Herbipolensis Luthfrido, sacerdoti et Subcustodi majoris ecclesiae, confert quinque mansos et curiam in Gunderslebe, ab Heinrico de Caltenhusen, cive Herbipolensi, comparatos. Actum in monasterio Sancti Kyliani, ante altare Sancti Petri, feria tertia proxima post dominicam Oculi mei (13. Mart.).
Cuonradus de Lyerhain Caesariensis ecclesiae fratribus confert praedium suum in Moetingen. Acta Ind. XV. apud Cae-	

Annus.	Bavarica.
1257.	Lodewicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, ad promovendum matrimonium inter Chunradum Ohsinpergarium, et Chunegundim, filiam Engelberti de Chufstein, consentit, ut liberi procreandi inter Ducem et Babinbergensem ecclesiam aequaliter dividantur. Testis: Magister D. Praepositus de Ilmünster. Dat. Chufstein III. Kal. Aprilis (30. Mart.).
1257.	Albertus, Abbas in Sewen, pro impertita immunitate telonei per Enum apud Ratinberch (Rattenberg) et donato praedio in Ahrein, Ludovico Duci cedit jura sua super quibusdam areis in foro Chufstein et infra fossatum Ratinberch sitis. Act. apud Chufstein III. Kal. Aprilis (30. Mart.). Testis: Chunradus Praepositus de Chufstein, Camerarius ibidem.
1257.	. . . .
1257.	Alexander Papa IV. monasterium Tegernseense in protectionem suam recipit. Dat. Laterani XII. Kal. Maii (20. Apr.). Pontif. anno III. (M. B. VI. 216.).
1257.	. . . .
1257.	Coram Heinrico, Abbate in Ensdorf, Fridericus miles de Puch, judex de Hohenburch, remittit novem libras pecuniae, pro quibus eidem obligati erant redditus Ensdorfenses unius librae in Amberch, et sex solidorum denariorum ex piscatura in Teufelschinden (Teiselskinden, praef. Naburg). Data per manus Magistri Marquardi, ecclesiae tunc Scholastici, XI. Kal. Maii (21. April). (M. B. XXIV. 45.).
1257.	Alexander Papa IV. praebendam capituli Ratisponensis, per remotionem Conradi de Mosporg Canonici, qui homicidium commisit, habitumque militarem assumsit, vacantem, et devolutionis jure Sifrido, Ratisponensis ecclesiae Canonico, collatam, confirmat. Dat. Laterani V. Kal. Maii (27. April.) Pontif. anno III. vid. *Ried* l. c. num. 470.

Alemanica.	Franconica.
sariam, annunciatione dominica (25. Mart.). Testes nobiles: Hainricus de Hoeschingen, Cuonradus de Uzmemmingen, milites.	
. . . .	Conventus sanctimonialium Paradisi in Heitingesvelt acceptas fert quatuor marcas auri et dimidiam, ab Heinrico de Rimpure sibi in mutuum datas. Testis: Cunradus Abbas Sancti Burchardi. Datum in festo beatorum martyrum Tiburtii et Valeriani (14. April).
. . . .	Iringus, Herbipolensis Episcopus, conventui Ebracensi donat decimam de quadam parte agrorum curiae Episcopalis in Brunestat. Datum apud Geroltshoven XII. Kal. Maii (20. April.). Ind. XV, Pontif. anno IV.

Annus.	Bavarica.
1257	. . . .
1257.	Idem monasterio Eberspergensi concedit decimas novalium. Datum Viterbii IV. Kal. Junii (29. Maii). Pontif. anno III.
1257.	. . . .
1257.	Idem quadraginta dierum indulgentias impertit pro festis Sancti Wolfgangi, Dionysii, et dedicationis monasterii Sancti Emmerami. Datum Viterbii IV. Non. (2.) Junii. Pontif. anno III.
1257.	Repetitae ejusdem literae pro festis Sancti Emmerami, Wolfgangi et Dionysii. Datum ibidem VII Id. Junii (7. Jun.). Pontif. anno III.
1257.	Ejusdem indulgentiae pro ecclesia Vormbacensi, in die assumptionis Mariae. Dat. Viterbii VIII. Kal. Julii (24. Jun.). Pontif. anno III.
1257.	. . . .
1257.	Chunradus, Comes in Rotenburch, conventui in Raitenhaslach assignat decimam ipsis adjacentem. Dat. Landshut IV. Kal. Julii (28. Jun.). (M. B. III. 154.).
1257.	Ludovicus, Dux Bavarie, Comes Palatinus Reni, sanctimonialibus in Schonfeld juxta civitatem Rein confert ecclesiam in Tulgen, cum jure patronatus et advocatia. Testes: Albertus de Bruckeberg. Dieterich Notarius. Datum apud Newburg IV. Non. (4.) Julii. Ind. XV. (M. B. XVI. 272.).

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Heinrici et Hermanni fratrum de Kastel consensu conventus Ebracensis a Cunrado de Superiori Volka (Obervolkach), Comitis fideli, comparat mansum unum et curiam, ex proprietate Cunradi in Gochsheim. Testis: Vto Dapifer. Acta II. Non. (6.) Maii.
Hartmannus, Augustensis Episcopus, et Hartmannus, Comes Dilingensis, hospitali in Dilingen donant bona sua in Staige (Steig, praef Sonthofen?) et Bitunstat (Beutelstatt, praef. Dillingen). Dat. in Dillingen Ind XV. XIII. Kal Junii (20. Maii). Testes: Ulricus de Weldir, Wernherus, Pincerna de Zolr.	
. . . .	Alexander Papa IV. ad Scolasticum ecclesiae in Ordorp, Moguntinensis dioecesis, ut mediationem quandam inter capitulum Sancti Johannis in Houga et Praepositum ibidem, super divisione praebendarum factam, Apostolica auctoritate roboret. Datum Viterbii VI. Kal. Julii (26. Jun.). Pontif. Alexandri anno III.

Annus.	Bavarica.
1257. circiter.	. . . .
1257.	Ulricus, Abbas ad Sanctum Emmeramum, pro singulis jejuniorum diebus vinum ex vinea in Chelhaim et Oberndorf, et ex decima vini in Penteling (Pentling) deputat. Dat. III. Id. (13.) Julii.
1257.	Chunradus, Comes de Mosburg, conventui in Raitenhaslach assignat decimam ipsis adjacentem. Dat apud Eherding, in obsidione castri Dornperch, XVII. Kal Augusti (16. Jul.). (M. B. III. 154.).
1257.	Perchterus (de Uttenhoven) ecclesiae Sancti Emmerami confert haereditatis suae partem, sitam in Inferiori Monaco, prope Pakspereh, (praef. Mosburg). Dat. in vigilia beati Jacobi Apostoli (24. Julii).
1257.	. . . .
1257.	Chunradus, Comes de Hadmarsperch, ecclesiae Chiemensi confert curiam in Altmannsperch, cum praedio in Strass, in recompensationem LX. librarum, in quibus dictam ecclesiam laeserat. Acta pridie Non. Augusti (4. August). Ind. XV.
1257.	Idem dictae ecclesiae confert curiam in Kizing, cum praedio in Strass. Eodem. (M. B. II. 402.).
1257.	Alexandri Papae IV. indulgentiae pro ecclesia Vormbacensi, in die dedicationis ejusdem. Dat. Viterbii, VI. Id. (8.) Augusti. Pontif. anno III.
1257.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Arnoldus, Custos ecclesiae majoris in Babenberg et Archidiaconus, Gerungo dicto Niberio, Plebano in Curia (Hof) commendat ecclesiam ibidem pro XII. marcis argenti, annuatim exhibendis. Dat. Babenbergae in die Sancti Kiliani (8. Jul.).
. . . .	Iringus Herbipolensis Episcopus conventui dominarum monasterii Coeliportae appropriat bona quaedam in villa Oppherbein (Opferbaum), a Wolframo milite de Witoldishusen in feoda possessa, accepta in recompensationem huba quadam apud Eteleib (Ettleben). Testes: Heinricus Episcopus Domus Theutonicae, dictus de Bruezen. Boppo Major Praepositus. Arnoldus Decanus. Johannes Pincerna. Datum apud Wurzeburc VIII. Kal. Augusti (25. Jul.). Pontif. Iringi anno IV.
. . . .	Ejusdem Episcopi, et capituli majoris in Herbipoli, statutum, de fructibus quatuor praebendarum proxime vacantium, ad solvenda debita ecclesiae impensuris. Actum VIII. Kal. Septembris (25. Aug.).

Annus.	Bavarica.
1257.	. . . .
1257.	Otto, Suboustos et Plebanus in Chorphaim, capitulo Pataviensi donat domum suam in foro piscium sitam. Dat. Pataviae, III. Non. (3.) Septembris, Ind. XV.
1257.	Alexander Papa IV. confirmat monasterii B. V. M. in Biburch jura, privilegia et possesiones. Datum Viterbii, per manum Magistri Jordani, S. R. E. Notarii et Vicecancellarii, III. Id. (11.) Decembris. Ind. I. Pontif. anno III.
1257.	H... de Wida, Senior, Advocatus et Judex Provincialis in Egra, areas et domos extra civitatem sub Castro Egra, a domino Walthero de Curia monasterio in Waldsassen donatas, ab omni collectione et steura immunes agnoscit. Data in Egra, in vigilia Thomae Apostoli (20 Dec.).
1257.	. . . .
1257.	. . . .
1257.	. . . .
1257.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Alexander Papa IV. confirmat donationem ecclesiae in Tann ad monasterium in Ahusen, ab Heinrico, Eistettensi Episcopo, factam (vid. 1253.). Datum Viterbii V. Kal. Septembris (28. Aug.) Pontif. anno III.
. . . .	Iringus, Herbipolensis Episcopus, Edelwino Abbati de Halsbrunn cavet, ne precaria Episcopatui Herbipolensi ex villis in Randisacker et Ahusen, annuatim praestanda, augeatur in posterum. Datum Ind. I. Pontif. anno IV. Testis: Godebolt Scultetus de Randisacker.
Heinricus, Imperialis aulae Marscalcus, dictus de Pappenheim, monialibus in Schoenfeld superiori offert ecclesiam et totum praedium suum in Messishoven. Datum Ind. XV.	
. . . .	Gebehardus sacerdos, Onolsbacensis Canonicus, Ruperto Abbati in Ahusen confirmat, quae pro anniversario suo ecclesiae Ahusanae jam pridem (MCCXL.) voverat. Testis: Sifridus, quondam Abbas.
. . . .	Fridericus, Abbas Sancti Stephani Herbipoli, Richolfo, militi in Bonlant, confert in feudum bona censualia, hactenus ibidem possessa.

Annus.	Bavarica.
1257.	. . . .
1257.	. . . .
1257.	Burgrafius de Phrimberch ex mandato Boemorum Regis praecipit, ne fratres vel sorores super Ponte Bohemorum (Böhmisch Bruck) infestentur. Lezchow.
1257.	Gebhardus de Tolnz ecclesiae Sancti Quirini in Tegernse confert in mancipium dominam Liucardam, uxorem Domini Hugonis, dicti de Elnpach. (M. B. VI. 217.).
1257.	Wolkerus, dictus de Warte, ecclesiae in Alderspach tradit pratum quoddam in Weng. (M. B. V. 378.)
1257.	Cunradus, dictus de Widenberc, renunciat erga monasterium Waldsassense duabus villis juxta claustrum in Chantrowe et Pleissen, cum molendino Steinenmuhl, et duabus villis Sterz, nec non villae juxta Windreb, Pilgerimsreut dictae, cum molendino Smeliz. Actum et datum in Egra.
1258.	. . . .
1258.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	L. . . . (Luitfridus) Subcustos majoris ecclesiae, capitulo suo tradit centum marcas argenti, pro sustentatione sacerdotis in choro Sancti Chiliani.
. . . .	Bertholdus, Babenbergensis Episcopus, Lancheimensi ecclesiae appropriat duas villulas in nemore, dictas Hoyenbach (Hohenbach, praef. Münchberg) et Wildenowe (Wildenau, praef Selb), ab Heinrico Hoyhe, Gunthero et Heinrico, Comitibus de Swarzburch, resignatas.
. . . .	Iringo Herbipolensi Episcopo approbante Bertoldus, Advocatus de Grunungen, et Wolphardus de Ebenhusen, monasterio Sancti Stephani Herbipoli resignant dimidiam carratam vini, annuatim in Bezstat hauriendi. Actum in monte Sanctae Mariae, in octava Epiphaniae (13, Jan.) Ind. I. Pontif. anno IV. Testes: Wasmudus et Gozzo fratres, nobiles de Spekevelt. Marquardus Cruso Dapifer. Fridericus Buteglarius. Bertoldus Camerarius. Hancelere Janitor.
. . . .	Boppo Praepositus, et Arnoldus Decanus majoris ecclesiae, consentiunt in commutationem quarumdam vinearum in marchia Handersaker, ad dotem altaris Sancti Dionisii ante sepulchrum Domini Hermanni Episcopi in majori ecclesia pertinentium. Actum proxima feria secunda post octavam Epiphaniae (14. Jan.).

Annus	Bavarica.
1258	. . . .
1258.	Praepositi ecclesiarum S. Mariae in Augea et S Michaelis, Tridentinae dioecesis, tamquam judices Apostolici delegati, Episcopum et Clerum Frisingensem, Episcopo Tridentino exulanti injunctam sustentationem et quandam pecuniae provisionem recusantes, citant ad comparendum in Wiltenich', Brixinensis dioecesis, desupêr ex tenore bullae Papalis, d. d. Viterbii X. Kal. Novembris (23. Oct.) Pontificatus anno III. (i. e. 1257.) responsuros. Datum Tridenti XV. die Januarii.
1258.	. . . .
1258.	. . . .
1258.	. . . .
1258.	Gubernatores Hospitalis beatae Katharinae in pede pontis Ratisponae Liukardi, viduae militis dicti de Grinaer, assignant annuatim VI. libras denariorum et IV. carratas lignorum seu LX. denarios. Dat. IV. Id. (10) Februarii.
1258.	Chunradus de Teysenperch ecclesiae Werdensi, sub Engelberto Praeposito secundo, praesente Domino Chunrado Comite de Pleyn, confert mansum dictum Chafsheim, et dimidietatem praedii

Alemanica.	Franconica.
Alexandri Papae IV. indulgentiae pro monasterio Sanctorum Udalrici et Afrae Augustensi, in anniversario translationis reliquiarum Sancti Dionysii. Dat Viterbii V. Id. (9.) Januarii Pontif. anno IV. (M. B. XXIII. 11.)	
Hartmannus, Augustensis Episcopus, et Hartmannus, Comes de Dilingen, de communi suo consensu vendunt ecclesiae in Caesarea molendinum suum in Stain, pro LX. libris Hallensibus. Testis: Rudolfus Dapifer de Sevelingen. Datum in Dilingen VI. Kal. Februarii (27. Jan.).	
. . . .	Iringus, Herbipolensis Episcopus, Friderico Abbati ad Sanctum Stephanum concedit incorporationem ecclesiae in Wulferichshusen (Wülfershausen). Datum et actum mense Januarii Ind. I.
. . . .	Idem collationem ecclesiae in Amelratdorf (Ammerndorf) Bertoldo Clerico, dicto Cincerlino, ex errore factam, reclamante Abbate in Halsbrunn revocat. Dat. Herbipoli IV. Id. (10) Februarii, Ind. II. (I.) Pontif. anno V.

Annus.	Bavarica.
	Purchartsperg. Testes: Piligrinus de Pernhaupt, tunc temporis Judex. Gebhardus Notarius Comitis de Pleyn. Acta pridie Id. (12.) Februarii.
1258.	Petri de Pontecurvo, Apostolicae sedis Nuncii, mandatum de solvendo praetensum debitum, contra Bertholdum, Episcopum Pataviensem, († 1254.). Act. Wienne IV. Kal. Marcii (26. Feb.).
1258.	. . . .
1258.	Chunradus de Vurt renunciat bonis a patruo suo Wilhelmo de Cirberch ecclesiae Altahensi (Niederaltaich) traditis. Datum in Schawenberch IV. Non. (4.) Martii.
1258.	Heinricus, Curiensis Electus, monasterio in Staingaden incorporat ecclesiam parochialem de Sardis, suae Dioecesis. Dat. Curiae XV. Kal. Aprilis (18. Mart.) Ind. I. per manum R. Notarii. (M. B. VI. 529.)
1258.	Ratisponense Capitulum Ulrico de Altdorf pro expensis, ad conservandum castrum Hohenburc factis, feodi titulo promittit hubam in villa Altdorf, per mortem Marchionum vacantem. Dat. Ratisponae XII. Kal. Aprilis, (21. Mart.). vid. *Ried* l. c. num. 471.
1258.	Ludovicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, omnia ecclesiae Diezensis privilegia confirmat. Datum apud Diezen, in die beati Benedicti (21. Mart.) Ind. I. (M B. VIII. 188.)
1258.	Heinricus, Dux Bavariae, renunciat exactioni steurarum ex praediis Altahensibus et bonis in Rukozzing, Plintenotmaring, Elnpach, Steinhusen, Weinlensreut, Paedling, Rukering, Erchenfrieding, Sigberting, Reimprechting, Herting, Huntorn, Haiming, Fronhoven, Maendorf, Hergolfing, Altenurfar, Tundorf, Swarza, Lanzing et Taesingried. Actum apud Altah (Niederaltaich) Non. (5.) Aprilis, Ind. I.
1258.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
Hainricus, Constantiensis Episcopus, in causa Petri Cappellani Sancti Laurentii, contra Lunetam Magistram tertiae regulae beati Francisci, domus Lindaugiensis, impetratas a Petro amonitionum literas contra Domum Lindaugiensem, puncto; debiti cassat et revocat. Dat. Constantiae V. Non. (3.) Marcii, Ind. XI. (I.)	
Heinricus, Romani Imperii Marscalcus de Bappenheim, coenobio in Caesarea confert praedium in Rumplhoven, a	

Annus.	Bavarica.
1258.	Alexandri Papae IV. literae indulgentiarum pro monasterio Rottensi. Dat. Vierbiti Idus Aprilis, (13. April.) Pontif. anno IV.
1258.	. . . .
1258.	Hugo, Cardinalis et Poenitentiarius Apostolicus, Electo Frisingensi licentiam impertitur, absolvendi laicos a criminibus incendii et rapinae, tempore belli in partibus Bavariae commissis. Viterbii VIII. Kal. Maii (24. April.) Pontif. anno IV.
1258.	Alexander Papa ad Abbatissam in Seligental, ne cum clericis Frisingensibus res ullas habeat. Datum Viterbii VII. Kal. Maii (25. Apr.) Pontif. anno IV.
1258.	. . . .
1258.	Ejusdem indulgentiae pro ecclesia Sancti Quirini in Tegernsee. Dat. Viterbii IV. Non. (4.) Maii. Pontif. anno IV.
1258.	Brixinensis Episcopus, atque Heinricus et Bertoldus Comites de Eschinloch, controversias suas in arbitros, sub praesidio Comitis de Hirschberg, in termino proximi placiti, ab Episcopo et Comite Palatino habendi, compromittunt. Actum apud Insprugge in crastino inventionis Sanctae Crucis. (4. Maii.)
1258.	Chunradus et Otto, fratres de Guotrat, assertos a monasterio Berthersgadensi judicii terminos, juxta portam exteriorem versus Grevengaden (am Thorbauern) et turrim juxta rivam Riutmägen (Thurm von Schellenberg am Reutmayr Graben) agnoscunt. Acta IV. Non. (4.) Maii. (*v. Koch*, II. 49.)

Alemanica.	Franconica.
Bertholdo milite Semeltsich sibi resignatum. Act. Ind. I. V. Id. (9) Aprilis. Dat. in Bappenheim.	
. . . .	Idem Mosebacensis ecclesiae capitulo, Herbipolensis dioecesis, pro cesso sibi jure nominandi Praepositum ex gremio capituli majoris incorporat duas ecclesias Widern et Meckemülen. Actum Herbipoli XIII. Kal. Maii, (19. April.) Ind. I. Pontif. anno V.
Coram Bertoldo, Comite de Marstetten, dicto de Nifen, Conradus de Rota vendit Wolfhardo de Rota, Canonico Augustensi, et Gozzaldo, fratribus, patruis suis, possessiones suas in Northoven (praef. Ursberg?). Act. Roggenburch VI. Kal. Maii (26. April.).	

Annus.	Bavarica.
1258.	Conventio inter Chunonem et Ottonem, fratres de Gutrat, et ecclesiam Berhtersgadensem, quod ex districtu a Rivo Ladusen (Larosbach) usque ad districtum eorum, omnes morte plectendi, per officiales ecclesiae, qui *Domini* nominantur, fratrum judicio praesententur. Act. IV. Non. (4.) Maii. (v. *Koch* II. 57.)
1258.	Hainricus Praepositus Subensis, ecclesiae Sancti Nicolai assignat LX. denarios, ex praedio in Ekhartsreut annuatim solvendos, pro locata domo monasterii Sancti Nicolai, supra Oenum, intra portam sita. Act. V. Id. (11.) Maii.
1258.	. . . .
1258.	. . . .
1258.	. . . .
1258.	Albertus, dictus de Hals, medium facit et concordiam inter Theodericum Abbatem de Alderspach et Ortolfum de Weng. Testis: Buirhardus, judex in Vilshofen. Act. III. Id. (11.) Junii, in Alderspach sub tilia.

Alemanica.	Franconica.
Helcha, relicta Cunradi Lumbarii, molendinum, quod dicitur Marcordi, resignat in manus domus hospitalis in Lindaugia. XVII. Kal. Junii (16. Maii) Ind. I.	
. . . .	Idem de consensu Lamperti de Glichen, Novi Monasterii Praepositi, confert hospitali domus Thentonicorum Hierosolimitanae jus patronatus ecclesiae parochialis in Thetewanc (Detwang, praef. Rothenburg) cum filia ecclesia in Rotenburch, ab antiquo tempore Novi Monasterii Capitulo competens. Dat. in dormitorio majoris ecclesiae Herbipoli II Kal. Junii (31. Maii). Testis: Cinzerlinus Notarius Curiae Episcopi.
. . . .	Heinricus et Hermannus, Comites de Kastele, conventui in Meidebrunnen, Cisterciensis ordinis apud Herbipolim, donant capellam in Stammheim, consensu domini Iringi, loci Dioecesani, nec non piae memoriae patrui ipsorum, Domini Alberti, Babenbergensis ecclesiae Praepositi, parochialis ecclesiae tunc plebani. Testes: Rudegerus Abbas de Swarza. Vto Dapifer. Ostergerus Advocatus. Heinricus Camerarius de Brisendorf. Acta in civitate ipsorum Volka, in domo Ostergeri, VII. Id. (7.) Junii. Ind. I. concurrente prima epacta (clavis) XII.

Annus.	Bavarica.
1258.	Ulricus, Abbas Burensis, spondet Ottoni, Episcopo Pataviensi, celebrationem missarum, singulis hebdomatibus, secundum Gebhardi Episcopi ordinationem. Dat. Buren, Idus (13) Junii.
1258.	Alexandri Papae IV. facultas pro Episcopo Pataviensi, reclamandi bona alienata. Dat. Viterbii V. Kal. Julii (27. Jun.) Pontif. anno IV.
1258.	. . . .
1258.	. . . .
1258.	Meinhardus, Karinthiae Dux, Tyrolensis Comes, ecclesiae Chyemensi concedit immunitatem a teloneis Tyrolensibus. Act. in castro montis Sancti Petri, novo intrante Julio (1. Julii) Ind. I. (M. B. II. 403.)
1258.	Heinricus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, privilegia conventus in Raitenhaslach confirmat. Dat. Burchusen III. Non. (5.) Julii. (Renovatum sub Ducis *novo Sigillo* MCCLXXI. Idus (15. Maii). (M. B. III. 155.)
1258.	Hartmannus, Comes Palatinus in Chraiburc, et uxor Elisabeth, ecclesiae Boomburch tradit omne jus advocatiae et patronatus in ecclesia Sinzendorf. Acta apud Chraiburc V. Id. (11.) Julii. (M. B. II. 200.)
1258.	. . . .
1258.	. . . .

Alemanica.

. . . .

. . . .

. . . .

Hartmannus, Augustensis Episcopus, monasterio Ottenburano incorporat ecclesiam parochialem ad Sanctum Pe-

Franconica.

H... miles dictus Struma de consensu uxoris suae, dictae de Schonegge, vendit provido militi domino Hiltebrando, dicto de Sawisheim, possessiones in Hitenhaein (Hüttenheim, praef. Uffenheim). Acta Ind. I.

Hiltebrandus, miles de Sawensheim, de consensu dominorum de Brunekke, ob recordationem patris sui Hiltebrandi, donat monasterio Ebracensi universa bona sua in Hittenheim, quae olim fuerunt nobilis viri Crophonis de Cropfesberg. Testis: Cunradus nobilis de Spekefelt. Acta in die commemorationis beati Pauli Apostoli (30. Junii), Ind. I.

Iringus, Herbipolensis Epicopus, sororibus in Meidebrunno, Cisterciensis ordinis, confert capellam in Stamheim cum decimis, a patrono ejusdem, Heinrico nobili viro de Castel, donatam. Datum Kal. (1.) Augusti. Ind. I. Pontif. anno IV.

Annus.	Bavarica.
1258.	. . . .
1258.	Ulricus, Abbas Sancti Emmerami, officio Obellariae confert decimas, ex curia Chunradi militis de Hard in Tunzling, ex morte fidelis Chunradi Trewe vacantes. Act. III. Kal. Septembris (30. Aug.).
1258.	Albertus, Rorensis Praepositus, confirmat concambium, sese inter et Abbatem Monasteriensem (Münchmünster), super praedio ejusdem in Arbenhoven. Datum Münsteri, Nonas (5.) Septembris.
1258.	. . . .
1258	Nicolaus, Plebanus in Teurlingen, querimoniae cum Abbatissa Methildi et conventu in Pulenhoven super quibusdam decimis et alio jure parochiali in Puluriet renunciat. Datum Ratisponae IX. Kal. Octobris (23 Sept.).
1258.	. . . .
1258.	. . . .
1258.	Heinricus, Dux Bavariae, curiam in Porahof, a Gotschalco milite de Haidolfing ecclesiae Sancti Mauritii Altahae (Niederaltaich) donatam, gratis defendendam suscipit. Dat Landawe II. Non. (6.) Octobris.

Alemanica.	Franconica.
trum. Dat. Augustae X. Kal. Septembris (23. Aug.).	
. . . .	Idem ecclesiae Sancti Johannis Baptistae in Houge, ex inconsulto populi Herbipolensis furore enormiter depopulatae, assignat parochialem ecclesiam in Houge, cum villa in Rothendorf connexam. Actum Herbipoli in capitulo majori et datum IX. Kal. Septembris (24. Aug.).
. . . .	Coram eodem Gotefridus et Erchingerus, milites de Sowensheim, conventui de Halsprunne litem super villa Blindenhasela (Bleinhasslach, praef. Ansbach) remittunt. Dat. apud Herbipolim Id. (13.) Septembris. Ind I. Pontif. anno V.
. . . .	Ludewici de Rotenhagen filii Bertholdo Babenbergensi Electo restituunt castrum in Cile (Zeil), ipsis pro CCL. marcis argenti obligatum, nec non bona apud Hallstatt et Gisvelt (Geusfeld), et pro recepto CL. marcarum argenti pretio advocatiam quoque in Durengensthat (Döringstadt, praef. Lichtenfels). Acta in die Sancti Remigii (1. Oct.).
. . . .	Ludovici Comitis de Reinecke consensu Hartmodus miles, dictus de Werne, conventui sanctimonialium de Meidebrunnen vendit viginti duos agros apud Grunbach, (Grumbach). Actum IV. Nonas (4.) Octobris.

Annus.	Bavarica.
1258.	. . . .
1258.	Ludovicus, Bavariae Dux, novam suam plantationem Seligental hominibus suis officiose commendat. Datum Monaci, in festo undecim millium Virginum (21. Oct.) Ind. I.
1258.	. . . .
1258.	. . . .
1258.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
L... Praepositus majoris ecclesiae in Augusta, F... de Zoler, Ul. de Helfenstein, Comites, praedium quoddam in Medingen, monialibus ibidem quondam ab Hartmano Comite de Dilingen concessum, pro tempore autem ab Alberto, dicto Knode, proprietatis titulo vindicatum, monialibus denuo adjudicant. Acta XIII. Kal. Novembris (20. Oct.), Ind. I. Praesens: Walter de Trochtulfingen.	
. . . .	Ludewicus et Gerhardus, Comites in Reinecke, bona quaedam in villa Rimpure (Rimpar), ab Ottone milite de Espinvelt coenobio in Meidebrunnen assignata, ab omni jure advocatiae liberant, reservato tantum ad libertatis indicium Comitibus uno solido annuatim et jure stabulandi apud morantes in Rimpure, in summa necessitate, duos equos. Testis: Theodoricus Advocatus. Actum IV. Kal. Novembris (29. Oct.).
. . . .	Juta, Abbatissa Paradisi in Heidingesvelt, Heinrico Rufo, dicto de Rintbur, pro debito quatuor marcarum auri et dimidiae obligat curiam coenobii in Wirzeburc, quae dicitur curia Engelhardi aurificis. V. Id. (9.) Novembris.
Miles, dictus Tullcherr, quum praedium quoddam in Medingen sanctimonialibus ibidem donavisset, Otto Comes de Brandenberg consentit, et proprietatem alii praedii, ab Ulrico de Waldkirchen possessi, simul resignat. Acta IV. Id. Novembris (10. Nov.) Ind. I. Praesentes: Dominus Ulricus Senior de Helfenstein, Degenhardus filius ipsius.	

Annus.	Bavarica.
1258.	. . . .
1258.	. . . .
1258.	Heinricus, Abbas in Burren, Chunradum Chnuz et uxorem ejus Alheidem infeodat de praediolo in Leingreben. Acta in die Sancti Andreae Apostoli (30. Nov.).
1258.	Ulricus, Salisburgensis Archiepiscopus, electionem Conradi in Episcopum Frisingensem auctoritate metropolica confirmat. Iudinburg VIII. intrante Decembris (8. Dec.). vid. *Meichelbeck* II. 49.
1258.	. . . .
1258.	. . . .

Alemanica	Franconica.
. . . .	Alexander Papa IV. Lupoldo de Grindelach, ecclesiae in Vurth (Fürth) et capellae Sancti Laurentii in Nurembereh Rectori, confirmat ecclesiam parochialem in Vurth et capellam Sancti Laurentii in Nurembereh, unam ab altera dependentem, sicut ab Electo Bambergensi sibi fuerint collatae. Datum Anagnie III. Id. (11.) Novembris, Pontif. anno IV.
. . . .	Bertholdus, Babenbergensis Episcopus, in judicio provinciali, die lunae XIV. Kal. Decembris (18.Nov.) apud Woffinberch indicto, Langheimensi monasterio adjudicat molendinum juxta pontem Hohinstat (Hochstatt, praef. Lichtenfels) super Mogum. Dat. apud Wizmon XIV. Kal. Decembris (18 Nov.).
. . . .	Iringus, Herbipolensis Episcopus, ac nobiles viri Henricus et Hermannus de Hennenberg, ob damna post placitum in Herbesvelt invicem sibi illata, nec non iidem Domini de Hennenberg et nobilis vir, Manegoldus de Wiltberg, ob castra in Schweinfurthe et bona his attinentia, arbitros et locum concordiae apud Bonland constituunt. Datum Id. (13.) Decembris Ind. II.
. . . .	Idem Heinrico Vulpi, Advocato de Svanenberg, pro suppeditato pretio ad comparationem bonorum Wolframi de Zabelstein in Reinvelt, et in Durnevelt (Dürrfeld), et pro cessis suis propriis bonis in Urheim (Euerheim) obligat bona sua in villa Gerlacheshusen. Datum Herbipoli XV. Kal. Januarii (18.Dec) Ind. II. Pontif. anno V.
Hartmannus, Augustensis Episcopus, ratam habet donationem patris sui, Hartmanni, Comitis de Dilingen, praediorum	

Anno.	Bavarica.
1258.	Willbirgis de Talbach ecclesiae Awensi tradit praedium suum in Empting. Actum in Mosburch, in vigilia Thomae (20. Dec.).
1258.	. . . .
1258.	. . . .
1258.	Egeno, Episcopus Tridentinus, monasterio Rotae confert jus patronatus in Kirchdorf. Actum in Bozano, in capella Sancti Andreae castri ejus. Ind. I. (M. B. I. 390.)
1258.	Chuonradus, Praepositus in Dyezen, Gertrudi Prunnemairin locat hubam in Eglingen. (M. B. VIII. 189.)
1258.	Hermannus, Abbas in Faucibus, ecclesiae Steingadensi resignat curiam in Ingenriet. Actum in cimeterio Beribouron.

Alemanica.	Franconica.

suorum in Otmarshusen et Hailprehtswiler, Abbati in Caesarea factam. Testes: Reinboto de Altham, Ulricus Pincerna de Witlisingen, Heinricus de Frustingen, milites. Acta Dilinge Ind II. die proxima ante diem nativitatis Domini, feria VI, (20. Dec.).

. . . .

Diethmarus, Decanus Sancti Johannis in Houge, adstringit se ad solvendum dominis de Summo censum de parochiali ecclesia, quotiescunque parochialis ecclesia in Wegencheim vacare contingat. Actum et datum IX Kal. Januarii (24. Dec.).

Hartmannus, Augustensis Episcopus, donat ecclesiae Augustensi castrum et oppidum Dilingen, ac universas possessiones suas inter Danubium et terminos, qui Rieszhalde dicuntur, nec non inter villam Nawe (Langenau) et Blinthaim (Blindheim, praef. Hoechstadt) sitas, insuper advocatias monasterii in Nerenzhain (Neresheim) et praedia in Nortvelden (praef. Dillingen). Facta super ara beatae Virginis Mariae in choro Augustensi, Ind. II. IV. Kal. Januarii, die Sancti Thomae, Cantuarensis Archiepiscopi (29. Dec.).

Annus.	Bavarica.
1258.	. . . .
1258.	. . . .
1258.	. . . .
1258.	. . . .
1258.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
H... Spirensis Electus, Imperialis aulae Cancellarius, ratam gerit donationem illam, quam Hartmannus, Comes de Dilingen, de decima feodali apud Voltpersteten, parochiae in Blintheim pertinente, Abbati de Caesarea fecerit.	
Comitissa de Zolren, Comitissa de Helfenstein et Domina de Heflunstein. donatam a patre suo, Hartmanno, Comite de Dilingen, decimam istam in Voltparsteten, ad ecclesiam Caesariensem, recognoscunt.	
Hartmannus, Augustensis Episcopus, notum facit, quod Marquardus et Berhtoldus, fratres de Giengen, curiam quandam in Birkach, quam a dominis Rudolfo ac Swigero, fratribus de Valkenstein tenuere in feodum, fratribus de Caesarea vendiderint pro C. libris Hallensibus. Testes: Rudolfus, Dapifer de Dilgen, miles; Hubmann judex in Dilgen Actum publice in Dilgen, castro nostro Ind I.	
OB. Dapifer de Walpurg, Walter, Dapifer de Warthusen, ac B. Dapifer de Rordorf, omnes res suas apud Lademuttigen conferunt H... de Vriberch. Testis: B. nobilis de Druhburch. Datum apud Sulgen.	
. . . .	Fratris Heinrici, Praeceptoris Sanctae domus hospitalis Jerosolimitani per Allemanniam, consensu, domus Hospitalis Herbipolensis

Annus.	Bavarica.
1258.	. . . .
1259.	. . . .
1259.	. . . .
1259.	Curiae quaedam in Ratolsheim (Rottolzheim, Weyeshof), a domino Rapotone de Ezzenpach in praejudicium Scholasteriae occupatae, confirmante Ottone, Pataviensi Episcopo, restituuntur. Acta Patavine III. Kal. Februarii (30. Jan.).
1259.	. . . .
1259.	Alexander Papa IV. privilegia Hospitalis Sanctae Catharinae in pede pontis Ratisponensis confirmat. Datum Anagniae II. Non. (4.) Februarii, Pontif. anno V.
1259	Illustris domina Ita, filia quondam Comitis Gotfridi de Marstetten, praesente Comite Chunrado de Chyrchperg in manus mariti, Domini Bertholdi de Niffen, resignat jura sua circa *novum castrum Sancti Petri*, superioris vallis Eni, quo facto, Bertholdus maritus ecclesiae Brixinensi donat omnem jurisdictionem et possessiones sitas circa dictum Novum Castrum, et Awenstein, antiquum municionis locum supra fluvium dictum Ez. Act. in Castro Sabione, V. die intrante Februario (5. Feb.).

Alemanica.	Franconica.
	domino Rudolfo, Custodi et Canonico ecclesiae Sancti Johannis in Hauge, vendit quaedam bona in Buchel.
. . . .	Mechtildis, Abbatissa sanctimonialium in Valle Sanctae Crucis, Cisterciensis ordinis, ab Herbordo dicto juvene Teilario in Hasevorte acceptas fert XX. marcas argenti, mutuo sibi datas ad solvendum pretium bonorum in villa Marpurgeshusen, a Domino Iringo Herbipolensi Episcopo pro CVII. marcis argenti sibi venditorum. Testis: Ludovicus Abbas de Bilhilthusen.
. . . .	Alexander papa IV. Patriarchae Aquilegensi mandat, ut Bertholdum Babenbergensem Electum consecret. Dat. Anagniae III. Id. (11.) Januarii, Pontif. anno V.
. . . .	Rudolfus, Erkenbertus, Johannes et Eberhartus, fratres de Lewenrode, cum Gertrude sorore sua conferunt sororibus de Felici porta curiam suam in Richenbach et bona quaedam in Ditenhoven. Datum VI. Kal. Februarii (27. Jan.).
. . . .	Fridericus dictus Cranfus fratribus de Halsprunnen vendit jus suum haereditarium super bonis eorum in Amelratdorf (Ammerndorf). Act. II. Kal Februarii (31. Jan.). Testis: Bertoldus, Scultetus, sive Praepositus Nurembergensis.

Annus.	Bavarica.
1259.	Das Neustift in Freising verschreibt sich an Woelflin den Juden um XX. Pfund Münchner Pfennige gegen ein Gesuch (Intresse) von einem halben Pfund weniger X Pfennige *wöchentlich.* Gegeben am Sanct Valentins Tag (14. Feb.).
1259.	. . . .
1259.	Hugo, Cardinalis et Poenitentiarius, Electo Frisingensi mandat, ut Bertoldum Canonicum Frisingensem, qui hospes in domo Conradi Comitis Mosburgensis, nocturno congressu insultorem gladio ad mortem percussit, ab hac irregularitatis macula absolvat. Anagniae V. Kal. Aprilis (28. Mart.) Pontif. anno V.
1259.	. . . .
1259.	Ludovicus, Bavariae Dux, novellae suae plantationi Seldental donat ecclesiam Holenbach, cum jure patronatus et omni jurisdictione. Acta Seldental V. Id. (9) Aprilis.
1259.	. . . .
1259.	Coram Ulrico, Emmeramo, et Gozwinio, Brulensi Abbatibus, Wernherus Priveningensis Abbas Henrico, Castenario Ducis in Abach, sub lege precariae confert possessiones quasdam in villa Leagvelt prope Abach, eidem pridem oppignoratas. Datum Ratisponae VI. Kal. Maii (26. Apr.).
1259.	Fridericus et Gebehardus, fratres Landgravii de Lukenberge, mediante Domino Diepoldo, antiquo Landgravio, patruo eorum, Gebhardi patris antiquam collationem recognoscentes, monasterii in Waldsassen homines, neque per Lapidem Resthene, neque per alium censum gravare spondent. Act. VI. Kal. Maii (26. Apr.).
	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Coram Iringo, Herbipolensi Episcopo, Schechauus quidam renunciat quaesito censui ex vineto in Albrethesliten (Albertsleiten), ad oblationem monasterii ad Sanctum Stephanum pertinente. Actum in Palatio Episcopi, mense Januarii, Ind. II. Pontif. Iringi anno V. Testes: Apelo Scriptor. H... de Sancto Georgio, Canonici in Onolzbach. Echardus Dapifer.
. . . .	Boppo Praepositus, et Arnoldus Decanus majoris ecclesiae, coenobio Coeliportae in Schottenawe vendunt bona oblationum apud Tuthenbrunnen. Actum et datum II. Kal. Aprilis, (31. Mart.) Ind. II.
. . . .	Iringus, Erbipolensis Episcopus, capitulo majori incorporat parochias in Asevelt (Aschfeld) et in Wegenheim. Datum Erbipulis XVII. Kal. Maii (15 Apr.).
. . . .	Idem confirmat amicabilem compositionem inter Edelwinum Abbatem de Halsbrunn, et Heinricum, Plebanum de Hasela, de re-

Annus	Bavarica.
1259.	Hartmannus, Comes de Werdenberg, ecclesiae B. V. M. in Reitenhaslach confert curiam suam, sitam in villa Niedergoltsawe. Acta VI. Non. (2.) Maii. Datum in Burchusen. (M. B. III. 157.)
1259.	Gebehardus, nobilis de Tolnze, donat monasterio de Raitenbuch curiam suam in Germarsgov (Germersgau, praef. Werdenfels) cum advocatia, pro reparatione damni, per incendium in Bisenberch illati. Datum in ecclesia Raitenbuch, in vigilia Johannis Evangelistae ante portam latinam (5. Maii). Testes: Dominus Bernhardus nobilis de Wilhain; de familia Raitenbuoch. Hiltbrandus Pictor.
1259.	. . . .
1259.	Alexander Papa IV. Abbati de Weltenburch injungit, ut in causa monasterii Sancti Emmerami et Chunradi de Humsperg, clerici Eistettensis, super ecclesiis de Newenhusen et Wiehensteven, contra Abbatis in Biburch evocationem ad locum non tutum, monasterium in integrum restituat. Dat. Anagniae VII. Id. (9.) Maii. Pontif. anno V. (vid. Lib. Prob. num. 83.)
1259.	Idem ecclesiae ad Bocmalem pontem, (Böhmischbruck) proxime dedicandae, indulgentias concedit. Dat. Anagniae V. Id. (11.) Maii, Pontif anno V.
1259.	Idem confirmat, quod Ratisponensis Episcopus Abbatissae de Pulenhoven, Cisterciensis ordinis, Ratisponensis dioecesis, ecclesiam in Pulenhofen concesserit. Datum eodem.
1259.	Wilburgis, Abbatissa et Conventus Inferioris Monasterii Ratisponae, confoederationi Abbatis Sancti Emmerami et capituli Ratisponensis contra cives steuram exposcentes, accedunt. Dat. Ratis-

Alemanica.	Franconica.
Bertholdus, Basiliensis Episcopus, ad Abbatem de Bragantia, ordinis Sancti Benedicti, dioecesis Constantiae, ut fratres ordinis praedicatorum ab ipso compellantur, conformare ante festum Pentecostes habitum suum, secundum tenorem Bullae Alexandri Papae (Dat. Anagnie Non. (5.) Novembris, Pontif. anno II.) Datum Basileae in festo Sancti Johannis ante portam latinam (6. Maii).	demptione decimarum parochiae in Hasela (Groshaslach) ex quibusdam agris juxta curiam Ketelndorf (Ketteldorf) et praedii Engelhartshovin. Act. Ind. II. mense Aprili. Pontif. anno VI.

Annus.	Bavarica.
	ponae IV. Id. (12.) Maii. (In simili Monasterium Superius eodem dato; denique Gozwinus, Abbas in Pruol totusque conventus Sancti Viti, MCCLIX.).
1259.	Alexandri Papae IV. indulgentiae pro ecclesia Tegernseensi. Dat. Anagniae III. Id. (13.) Maii, Pontif. anno V.
1259.	. . . .
1259.	. . . .
1259.	. . . .
1259.	Compositio inter Abbatem Rotensem et Chunradum dictum Hoentlin, civem Monacensem, super fructibus ecclesiae Ehmering. Acta V. Kal. Junii (28. Maii) Ind. II. (M. B. I. 391.).
1259.	Chunradi, Episcopi Olomoucensis, indulgentiae pro ecclesia in Waldsassen. Dat. apud Grunenhagen III. Non. (3.) Junii.
1259.	. . . .
1259.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Lupoldus et Theodericus, fratres de Hohenberg, ecclesiae et dominabus in Ezelnhusen appropriant partem bonorum in Stammheim, a Walthero de Stammheim ipsis venditam. Dat. III. Id. (13.) Maii.
. . . .	Elena, Abbatissa Paradisi in Heitingsvelt, Heinrico Rufo, dicto de Rintpur, civi Herbipolensi, vendit censum ex domo Rudolfi de Kitzingen apud Wirceburg, in vico, qui dicitur Butenergazze. Act. Herbipoli in curia Engelhardi Aurificis, feria sexta proxima post dominicam Cantate, in medio Maio (16. Maii).
. . . .	Iringi, Herbipolensis Episcopi, assensu, Cunradus, Commendator domus hospitalis Sancti Johannis in Wirceburc, a Juta vidua Friderici militis de Crense, filiisque ejus Friderico et Herteboldo, comparat partem curiae, dictae Crusonis, eamque iisdem ipsis iterum elocat. Actum XIV. Kal. Junii (19. Maii). Ind. II. Pontif. Iringi anno VI.
. . . .	Marquardus Cruso, Dapifer Episcopalis, Cunrado Commendatori domus Sancti Johannis in Wirceburg vendit partem curiae Crusonis dictae, eandemque sub annui canonis lege recipit. Testis: Johannes Pincerna. Actum in vigilia Sancti Bonifacii (4. Junii). Pontif. Iringi anno VI.
. . . .	Iringi, Herbipolensis Episcopi, consensu nobilis Vir Cunradus de Richenberc fratribus et infirmis domus Hospitalis Sancti Johan-

Annus.	Bavarica.
1259.	. . . .
1259.	. . . .
1259.	Güntherus Praepositus de Pollingen, ecclesiae Frisingensi tradit pueros Heinrici, dicti Zescher de Partenchirchen (praef. Werdenfels). Dat. Pollingen in die Sancti Udalrici (4. Julii).
1259.	Conventus ecclesiae Sanctae Mariae (in Pataria) locat Henrico, pannifici, mensam panis, in superiori foro sitam. Act. V. Id. (11.) Julii.
1259.	Adelhaidis, uxor quondam Wulfingi de Hugolfingen, monasterio Sancti Salvatoris in Pollingen tradit pradium suum apud Maysah. Acta proxima dominica ante divisionem Apostolorum (13 Julii).
1259.	Sophia, Abbatissa a Niumburg (Neuburch), Adelhaidae cuidam jure precario confert praedium in Puech Acta die Margarethae (20. Julii).
1259.	Ortliebus de Walde coram Henrico Duce renunciat juri Cometiae usurpatae sibi super praediis ecclesiae Raitenhaslacensis, sitis in terminis Ceidlarn, et pro prioris damni reparatione dimidiam curiam in Laubenbach assignat. Acta in Castro Purchusen. (M. B. III. 158.).
1259.	Eadem repetita renunciatio, cum senioris filii et conjugis assensu, et stipulatis pro curia quadam in Vrioltsmos VI. talentis denariorum Salzburgensis monetae. Acta in assumptione B. M. V. (15. Aug.) loco eodem. (M. B. VI. 369.)
1259.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
	nis in Wirceburc tradit vineas et reditus in Opherbein (Opferbaum) et Eichsvelt, et piscationem in Randesacherc. Actum eodem.
. . . .	Alexandri Papae IV. venia pro sororum monasterii Sancti Marci in Würceburg, ordinis Sancti Augustini, numero aliquo, transiendi ad novum coenobium Rotenburgi, a Lupoldo de Nortemberg milite, Imperialis aulae coquinae magistro, fundatum. Dat. Anagniae XVI. Kal. Julii, (16. Junii) Pontif. anno V.
. . . .	Idem donatam Halsbrunnensi monasterio ab Herbipolensi Episcopo ecclesiam in Amelradorf (Ammerndorf) confirmat. Dat. ibidem XII. Kal. Julii (20. Junii). Pontif. anno V.
. . . .	Maehthildis de Oberneistet, Coenobii S. Walpurgis in Eistett Abbatissa, coram Domino Heinrico, Imperialis aulae Marscalco, tanquam Advocato suo et judice, per sacramentum trium personarum apud Pappenheim evincit feodum quoddam apud Dietfurt, a Kunegundi Abbatissa quondam coram Friderico de Gerhartshusen, Eistet-

Annus.	Bavarica.
1259.	Otto, Pataviensis Episcopus, capitulo ibidem confert areas quasdam sitas infra muros Pataviae, juxta portam majorem, a Manegoldo de Wesenpach resignatas. Datum Patariae III. Kal. Septembris (30. Aug.).
1259.	. . . .
1259.	. . . .
1259.	. . . .
1259.	Elyzabeth, Jerusalem et Sycilie Regina, Ducissa Swevie, sanctimonialibus in Altenhohinaw donat jus patronatus cum fundo ecclesiae in Maeringen. Dat. Monaci XIII. Kal. Octobris (19. Sept.). (M. B. XVII. 17.)
1259.	Ratisponense Capitulum statuit, ut XX. marcae auri, ex testamento Magistri Sibotonis, Scolastici, acceptae, non nisi in emtionem praediorum, seu liberationem pignorum, convertantur. Datum Ratisponae VII. Kal. Octobris (26. Sept.). vid. *Ried* l. c. num. 475.
1259.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
	tensi Episcopo, illo die, quo in nemore data dem Pirbaume morabatur, per judicialem sententiam obtentum; Praesens et sigillans Heinricus, Marscalcus, de Pappenheim. (Sigillum monstrat caput vitta circumdatum). Acta XVII. Kal. Septembris (16. Aug.) Ind. II. (Suspecta).
. . . .	Heinricus, cognominatus Phefspherbalg, Edelwino Halsbrunnensi Abbati vendit curiam Geseze in villa Ruth, juxta Windisbach (Neuses). Act. mense Augusto. Testes: Albertus Rindismul de Windisbach, cum suis militibus et hominibus: Hager, Spisseling, Techindorf, Grundisperc, Wisach, Lapicida, Sagittarius.
. . . .	B... Praepositus, A... Decanus majoris ecclesiae Herbipolis concedunt sororibus Sancti Marci, extra muros civitatis Herbipolensis, ut aedificia pro claustri usu necessaria exstruant in S. Marci fundo, juxta fluvium Bleichach, ad capitulum spectantem. Acta Ind. II. mense Augusto.
. . . .	Iringi Herbipolensis Episcopi conventio cum B... de Erbesberch Praeposito, D... Decano, totoque Capitulo ecclesiae Sancti Johannis in Houge, de dividunda prole hominum suorum. Datum III. Id. (11.) Septembris. Ind. II. Pontif. Hermanni anno VI.
Adelhaidis, dicta de Hirspach, sororibus in Schoenfeld vendit mansum in	

Annus.	Bavarica.
1259.	. . . .
1259.	Hugo de Lapide monasterio Rotae donat curiam in Nochen. Dat. Monaci VII. Id. (9.) Octobris. (M. B. I. 393.)
1259.	Ottocarus, Bohemiae Rex, provocat Episcopum Pataviensem ad corrigendum clericum Pataviensis ecclesiae, in Austriam dislocatum. Dat. Wienne XVII. Kal. Novembris (16. Oct.).
1259	. . . .
1259.	Ulricus, Abbas de Sancto Emmeramo, fratribus Praedicatoribus confert aream, ad Cantoriae officium spectantem, contiguam domui cuidam Bertoldi civis Ratisponensis, dicti Lecho, in strata tonsorum, Praedicatorum conventui jam venditae. Data VIII. Kal. Novembris (25. Oct.).
1259.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
Wollempshusen (praef. Zusmarshausen), pro XVIII. libris Augustensibus. Acta in festo Sancti Michaelis (29. Sept.) apud Augustam. Testis: Rudolph Dapifer de Dilingen.	
Albertus, Abbas de Augia majori (Mehrerau), confirmat transacta inter Abbatem Caesariensem et Chunradum militem Umbild, super praediolo quodam in Superiori Glaiheim. Acta et data in Augia, Non. (7.) Octobris. Ind. II.	
. . . .	Conradus Senior et Conradus junior, Burggravii de Norimberg, ab Alberto et Ludewico, fratribus, Dominis de Uffenheim, pro DL. libris Hallensibus comparant patrimonium eorum in castro Virnsperg et in villa Egenhausen, Eben et Tagstetten. Datum et actum apud Ickelnheim, in die Sancti Galli (16. Oct.). Testes: Ar. B. et L. fratres de Seckendorf, Gotfridus de Uffenheim. vid. *v. Schütz* l. c. n. 45. *Oetter* I. Versuch, S. 301.
. . . .	Heinricus, Fuldensis ecclesiae Abbas, conventui dominarum Coeliportae, Cisterciensis ordinis, appropriat bona in Himelstat, ab Heinrico Comite de Hennenberc in feodo sibi data. Acta Kal. (1.) Novembris, coram Heinrico Decano, Cunrado Praeposito in Holzkirchen.

S 2

Annus.	Bavarica.
1259.	. . . .
1259.	. . . .
1259.	Transactio inter Ottocharum, Regem Bohemiae, et ecclesiam in Tegernsee, de liberis mancipiorum aequaliter dividundis. Act. in Chrems. Dat. per manum Prothonotariorum Arnoldi et Ulrici, Ind. II. XV. Kal. Decembris (17. Nov.). (M. B. VI. 218.).
1259.	Mehtildis, Abbatissa Sanctae Walpurgis in Eistet, domino Hermanno de Oetingen, quondam Advocato, jure emfeoticio confert pratum inter Oetingen, (Otting?) et Wetsteten in Sawzelnawe. Actum V. Kal. Decembris (27. Nov.).
1259.	Heinricus, Dux Bavariae, sex areas, ab Alberto de Schambach fratribus minoribus donatas, a nexu feudali liberat. Dat. Ratisponae IV. Kal. Decembris (28. Nov.).
1259.	. . . .
1259.	Liebhardus de Tegernwach, miles, curiam Lohen, in parochia Suinchirchen sitam, ad altare Sanctae Felicitatis in Ouwe delegat. Datum Ouwe Ind. III. V. Id. (9.) Decembris.
1259.	Cuno de Hovdorf ecclesiae Superioris Altahae tradit unam ex areis suis, in villa dicta Hovdorf, et vineam excolendam ibidem. (M. B. XII. 125.)
1259.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Babenbergensis ecclesiae Capitulum ex officio Praeposituræ in Vnertte (Fürth), Arn... de Wendelsteyn et Arn... Holtzschuhario per tres annos locato, remittit quolibet anno XXVIII. maltra siliginis, XL. modios avenae, novem porcos, et quatuor libras vestiturae. Actum Babenberch, in die Sancti Leonhardi (6. Nov.).
. . . .	Alexandri IV. Papae indulgentiae pro ecclesia in Haugis Herbipoli, in honorem Sancti Johannis Baptistae dedicata. Datum Anaguiae II. Id. (12.) Novembris. Pontif. anno V.
. . . .	Cunegundis, Advocata de Dornberg, cum Wolframo et Rudolfo filiis, Canonicis Onolsbacensibus, omnia jura sua, in civitate Onolsbacensi et extra, sibi corroborat. Dat. Kal. (1.) Decembris. Ind. III. Pontif. anno VI.
Egelolfus de Lyerheim ecclesiae Sanctae Mariae in Caesarea confert quoddam praedium in Moetingen (praef. Nördlingen), dictum Rammonis praedium. Testes: Hermannus nobilis de Haheltingen, Fridericus filius suus, Rudolfus ju-	

Annus.	Bavarica.
1259.	. . . .
1259.	. . . .
1259.	. . . .
1259.	. . . .
1259.	. . . .
1260.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
nior de Alta Domo, Ulricus de Trohtelvingen, Cunradus de Blinthaim. Idem dictae ecclesiae confert praedium quoddam ibidem, quod possidebat aliquando Irmeugard Swagaelerinna. Testes: Rudolfus Senior de Alta Domo, Hermannus de Haheltingen, nobiles. Acta Ind II. in Lyerhaein.	
. . . .	Johannes, Abbas Sancti Iacobi Scotorum Herbipoli, Marquardo Crusoni, militi, elocat quinque jugera vinearum in Randesacker, retro domum torcularis Dominorum majoris ecclesiae, in loco Cressenmur sitarum, ab Iringo, fratre Heinrici Magistri coquinae de Rotenburg, donatarum. Actum in *adventu domini?*
. . . .	Frater Ortliebus, Praepositus, et soror Mechtildis, dicta de Rabinsperg, Magistra Dominarum in Inferiori Cella, vendunt coenobio Dominarum in Coeliporta omnes oblationes apud villam Aschvelt.
Gebwinus, Abbas Sanctorum Udalrici et Afrae in Augusta, Domino Conrado Hurenloher et Heinrico Portenario locat curiam in Western Aitingen (praef Menching). (M. B. XXIII. 12.)	
. . . .	Marquardus de Haeidech profitetur, silvam dictam Saebersperch, apud Walchirchen (praef. Berching), monasterio Sanctae Mariae in Ahusen per praedecessores suos liberaliter esse legatam.
. . . .	Coram Iringo, Herbipolensi Episcopo, Otto de Espenvelt renunciat praetensae advocatiae in foresto canonicorum in Haugis, apud villam Vregbrechtesdorf (Brebersdorf), quam ab Alberto de

Annus.	Bavarica.
1260.	Gerboto, Sancti Nicolai Praepositus, filio Ludovici, dicti Monachi, locat hubas in Annehaim et Haibach. Dat. VIII, Id. (6.) Januarii.
1260.	Henricus, Praepositus S. Zenonis in Hall, Engelberto Werdensi Praeposito II., pro recompensatione areae cujusdam in Chrems tradit arcam Ismerici in Hall, et beneficium quoddam in villa Holzhousen, apud fluvium Ach situm, nec non quindecim denarios, jus civile nuncupatum, ex curia in Chrems. Act. apud Hall V. Id. (9.) Januarii.
1260.	. . . .
1260.	Theodericus, Abbas in Alderspach, per manus delegatoris Domini sui Theodorici, nobilis de Poumgarten, ab Haerwico de Stingelheim jura curiae in Snekking, per Hainricum de Sygharting sibi cessa, suscipit. Act. VII. Kal. Februarii (26. Jan.).
1260.	. . . .
1260.	. . . .
1260.	Heinrici Comitis de Eschenloch, et filii sui Heinrici consensu, miles eorundem, Geltingarius Counradus, ecclesiae Sancti Benedicti in Burren tradit homines suos apud Wile. Acta pridie ante purificationem Virginis, (1. Feb.) in Walde. (M. B. VII. 134.)
1260.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
	Trinberg in feudum sibi datam fuisse ostentabat. Datum Herbipoli Kal. (1.) Januarii.
. . . .	Alexander Papa IV. ecclesiam in Swabac (Schwabach), Ebracensi monasterio per Hartwicum, Eistetensem Episcopum, collatam confirmat. Datum Anagniae XVI. Kal. Februarii (17. Jan.) Pontif. anno VI.
. . . .	Ejusdem protectorium ad Archiepiscopum Moguntinum et Suffraganeos ejus transscriptum contra monasterii Halsprunnensis invasores. Dat. Anagniae III. Kal. Februarii (30. Jan.) Pontif. anno VI. vid. *Hocker* l. c. num. 16.
. . . .	Idem Moguntinensi Archiepiscopo ejusque Suffraganeis monasterium Eberacense contra invasores tuendum commendat. Datum Anagniae III. Kal. Februarii (30. Jan.) Pontif. anno VI.
. . . .	Per manus Iringi Herbipolensis Episcopi nobilis Vir Heinricus Comes de Castele pro se et fratre suo obligat capitulo ecclesiae Sancti Joannis in Hauge advocatiam suam super bonis hujus ecclesiae

Anno.	Bavarica.
1260.	. . . .
1260.	. . . .
1260.	. . . .
1260.	. . . .
1260.	. . . .
1260.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
	in Cramseneys (Kramschatz). Tractata apud Ochsenvurt, et completa apud Herbipolim, Kal. (1.) Februarii.
. . . .	Kunigundis Comitissa de Wertheim cedit omni impetitioni bonorum in Billingshausen, quae monialium conventus in Porta Coeli a Cunrado de Billingshausen coëmerat. Testis: Dominus Heinricus de Enkersberge, Abbas Burnebacensis, Executor restituendorum a defuncto Comite Boppone constitutus. Acta III. Id. (11.) Februarii.
. . . .	Engilhardus Eistettensis Episcopus capitulo suo concedit fructus ecclesiae in Inichingen (Inching, praef. Eichstädt). Data apud Eisteten, III. Id. (11.) Februarii. Pontif. anno I.
. . . .	Iringo Herbipolensi Episcopo confirmante Godefridus Zobelo Friderico de Werberg nomine uxoris Cuneguudis cedit decimam in Eichesvelt. cum medietate annonae in villis Limpahe aut in Kisten, medietate altera annonae et bonis propriis circa Castrum Hohenberg Zobeloni relictis. Testis: B... Marscalcus. Actum Herbipoli VIII. Kal. Martii (22. Feb.). Ind. III. Pontif. Iringi anno VI.
. . . .	Cunradus de Bickenbach et uxor sua Gutta, filia de Valckenstein, fratribus de domo Theutonica in Mergentheim vendunt bona sua in Rollebach (Röllbach, praef. Klingenberg). Act. IV. Non. (4.) Martii. vid. *Guden* Cod dipl. Tom. IV. p. 896.
. . . .	Alexander Papa IV monasterio Ebracensi concedit sepulturam fundatorum suorum aliorumque fidelium, salvo jure ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Dat. Laterani Non. (7.) Martii.
Liupoldus, Aulae Imperialis Magister Coquinae, dictus de Nortenberch, fratribus in Caesarea delegat praedium suum in Furhenowe. Testes: Liupoldus et Hermannus de Tanne, fratres, Albertus Scriba. Acta V. Id. (11.) Martii.	

Annus.	Bavarica.
1260. circiter.	Nobilis Comes de Hyrzperch et dominus Vallis Eni, fratres de Speinshart, intra suos fines victualia conquerentes, in suam protectionem et conductum recipit. Dat. Inspruck IV. Id. (12. Mart.).
1260.	Alexander Papa IV. Abbatem de Cladrup et Praepositum ecclesiae Gutescowe, Pragensis dioecesis, in causa Ratisponensis Episcopi, contra Fridericum de Eutingen, militem, res depositas detinentem, judices delegat. Datum Anagniae XII. Kal. Aprilis (21. Mart.). Pontif. anno VI.
1260.	Sancti Jacobi Scotorum in Ratispona monasterium ex data facultate Abbatis Gelasii, in Hiberniam profecti, conventui Praedicatorum vendit quandam arcam in vico Rasorum, a Bertholdo Lech censuali jure possessam, pretiumque nobili viro Alberto Leutzmanno, jure suo in duabus curiis in Friedelinsreut juxta Vellburch cedenti, assignat, quas curias nobilis vir, Bruno de Wolfsperch et uxor sua, mater Leutzmanni, pro animae remedio monasterio jam pridem tradiderit. Datum Ratisponae XII. Kal. Aprilis (21. Mart.).
1260.	. . . .
1260.	Rotensis Abbas constituitur collector census Romani. Dat. Anagniae VII. Kal. Aprilis (26. Mart.). (M. B. I. 391.).
1260.	Albertus, Ratisponensis Episcopus, ecclesiae Waldsassensis indulgentias confirmat. Dat. Ratisponae V. Id. (9.) Aprilis.
1260.	Ulricus Garzensis Electus et Archidiaconus, curiam Chring Augensi ecclesiae remittit. Idus Aprilis (13 April.).
1260.	Alexander Papa IV. in causa Alberti, quondam Episcopi Ratisponensis, (i. e. Adalberti) contra Carolum de Lerchenvelt et quosdam alios laicos, civitatis et dioecesis Ratisponensis, qui nuntios Episcopi Roma redeuntes spoliaverint, judices delegat. Dat. Anagniae XV. Kal. Maii (17. April.) Pontif. anno VI. vid. *Ried* l. c. num. 478.
1260.	Heinricus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bawarie, Hermanno Altahensis (Niederaltaich) monasterii Abbati concedit decimas de granariis, cellariis et cameris bonorum suorum in Messing, Tahenberg, Reichenberg, Rotenberg, Griesbach, Geren etc. Datum in Vilshofen, per manum Heinrici Notarii XIII. Kal. Maii (19. April.). Ind. III. . (M. B. XI. 234.).

Alemanica.	Franconica.
Alexander Papa IV. Hartmanno, Episcopo Augustano, monasterium Sancti Udalrici protegendum commendat. Dat. Anagniae X. Kal. Aprilis (23 Mart.) Pontif. anno VI. (M. B. XXII, 220.)	

Annus.	Bavarica.
1260.	. . . .
1260.	. . . .
1260.	Alexander Papa IV. Abbates de Ebersperg et de Aetel judices delegat in causa Abbatis Rotensis et nobilium virorum Hugonis de Stein super Ritino, et Conradi et Regniberti de Winoke, ob possessiones quasdam aliasque res. Datum Anagniae X. Kal. Junii (23. Maii). Pontif. anno VI. (M. B. I. 393.).
1260.	Idem monasterium S. Stephani in Weihenstephan sub beati Petri protectione suscipit. Datum Anagniae VIII. Kal. Junii (25. Maii). Ind. II (III.). Pontif. anno VI. (M. B. IX. 504.)
1260	. . . .
1260.	. . . .
1260	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Johannes, dictus de Durlach, in manus venerabilis viri Fratris Conradi de Nurembero, per Allemaniam Praeceptoris, tradit omnes proventus et redditus, ab avunculo suo, Magistro Johanne de Durloh deputatos. Testes: Heinricus Episcopus Sambiensis. Fridericus Abbas Sancti Burchardi, ordinis Sancti Benedicti. Datum et actum Herbipoli mense Aprili.
. . . .	Iringus, Herbipolensis Episcopus, concordiam inter Praepositum et Canonicos Haugenses de pecunia, frumento et vino canonicis exhibendo confirmat Datum Herbipoli, et actum mense Aprili. Pontif. Iringi anno VII.
. . . .	Waltherus Pincerna, dictus de Clingenburch et de Bratshelden, fratri suo Alberto, Theutonicum nuper institutum amplexo, pro parte haereditatis suae curiam assignat in Roelbach, Sedelhof dictam. Testis: Albertus miles de Uffenheim. Datum in Mergentheim, III. Non. (3.) Junii. vid. *Guden* l. c. p. 898.
. . . .	Idem in casum, si Chunradus de Bickenbach censum in villa Roelbach jure revindicaverit, fratribus domus Theutonicae in Mergentheim alia bona in praefata villa designat. III. Non. (3.) Junii. vid. *Guden* l. c. p. 897.
. . . .	Engelhardus, Eistettensis Episcopus, consecrat quoddam altare in honore Sancti Leonhardi confessoris (Onoldi). Dat. VIII Id. (6.) Junii. Pontif. anno I. vid. *v. Falkenstein* l. c. p. 59. n. 47. *Jungs* Misc. p. 126.

Annus.	Bavarica.
1260.	Heinricus de Harchem Pataviensi ecclesiae donat possessiones suas in Thauleiten, Alnsvelt, Reut, Polsingen, Gotschalchingen, Tutempach et Chezla, (inde ab Engelhardszell usque ad Kesselbach). Dat. Pataviae IV. Kal. Jul. (28. Junii).
1260.	. . . .
1260.	Henricus Dux liberat colonos ecclesiae Sancti Zenonis in Halle ab exactione stiurae coquinalis (Kûchelsteuer?) quoties in habendis placitis a procuratoribus indicitur. Act. in Halle IV. Idus (12.) Julii; (et ob fracturam sigilli renovatum in Purchhusen MCCLXXX., in die Nicolai (6. Dec.).
1260.	Capitulum Ratisponense statuta super choralibus beneficiis vacantibus innovat. Acta Ratisponae II. Idus (14.) Julii. vid. *Ried* l. c. num 480.
1260.	Decanus de Wilheim in causa Werendarii de Antorf contra ecclesiam in Burren, litigiosam decimam addicit monasterio. Acta in divisione Apostolorum (15 Jul.) in ecclesia S. Ypoliti apud Wilheim. vid. *Meichelbeck* l. c. num. CVIII.
1260.	Albertus, Ratisponensis Episcopus, Ratisponensi capitulo ecclesiam Chambe in augmentum praebendarum adsignat. Acta Ratisponae XVII. Kal. Augusti (16. Julii). Ind. III. vid. *Ried* l. c. num. 481.
1260.	. . . .
1260.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Coram eodem Episcopo Ludewicus, Canonicus Eistettensis, dictus de Uffenheim, omni impetitioni cujusdam vineae apud Randersaker, a parentibus suis coenobio Halsbrunnensi venditae, renunciat. Dat. apud Eistet in die Sancti Willibaldi (7. Juli).
. . . .	Alexander Papa IV. Priorissam monasterii de Rotenburch sub beati Petri et sua protectione suscipit. Dat Anagniae per manum Magistri Jordani, S. R. E. Notarii et Vicecancellarii, XII. Kal. Augusti (21. Julii). Ind. II. (III.) Pontif anno VI.
. . . .	Lodewicus, Gerhardus et Heinricus, Comites de Rienecke, Domino Wernhero, Archiepiscopo Moguntino, cavent de non intromittendo se indebite citra nemus Spehtheshart (Spesshart), et remittendo damna, occasione belli per occupationem castri Wildenstein (praef. Eschau) a Reinhardo de Hagenowe ipsis illata. Testes: Iringus Episcopus Herbipolensis. Emicho de Liningen. Arnoldus Vicedominus de Aschaffenburg. Actum et datum Aschaffenburg XII. Kal. Augusti (21. Julii). vid. *Guden* l. c. Tom. I. p. 674.

Annus.	Bavarica.
1260.	Sibotonis, Augustensis quondam Episcopi, indulgentiae pro ecclesia Waldsassensi et capella ante Portam. Dat. Ratisponae, proxima feria secunda post Iacobi Apostoli (26. Julii).
1260.	Alexander Papa IV. Abbati de Schiren pontificalia decora concedit. Datum Sublaci IV. Kal. Augusti (29 Julii), Pontif. anno VI. (Similiter III. Non. (3.) Aug). (M. B. X. 469.)
1260.	. . . .
1260.	. . . .
1260.	. . . .
1260.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
Alhaidis, uxor Domini Waltheri de Vaimingen de consensu domini H... Marchionis de Burgowe, tutoris sui, tres curias in Medlingen cum quodam feodo, ex dote sua sororibus in Medlingen pro CCCC. libris Hallensibus oppignoratas, donationis titulo resignat, et mariti sui donationes confirmat. Acta III. Non (3.) Aug.	
. . . .	Cunradus Burggravius de Nurnberch, et Cunradus filius suus, fratribus monasterii Hailsbrunnensis, mediante Edelwino Abbate et fratre Cunrado de Landshut, tradunt bona sua in villa et extra villam Veltgebreche (Fellbrecht, praef. Mkt. Erlbach), nec non villam, quae dicitur Winrichsbach (rothe Hof). Dat. in Castro Abenberg, in die Oswadi Regis (5 Aug.) Ind. III. vid. *v. Schütz* l. c. p. 84. *Oetter* I. Versuch, S. 307.
. . . .	Hartmannus, Augustensis Episcopus, sororibus in Sulze, Herbipolensis dioecesis, Praemonstratensis ordinis, instrumenta exusta super jure patronatus ecclesiae in Amelbruht (Ammelbruch, praef. Wassertrüdingen), a Craftone de Wartperc ipsis donato, reparat. Dat. Augustae Ind. III. V. Id. (9.) Augusti, in Capitulo Augustensi.
. . . .	Bertoldus de Sterrenberc, Scolasticus et Archidiaconus Herbipolensis, Jutae, Abbatissae et conventui in Meidebrunnen, vendit bona sua in villa Meidebrunnen. Datum et actum XVI Kal. Septembris (17. Aug.) Ind. III.

Annus.	Bavarica.
1260.	Reinboto, Imperii Ministerialis, dictus de Swarzenburg, jus advocatiae super quadam curia in villa Petlinge, ecclesiae Monasteriensi (Münchmünster) attinente, Sancto Petro in Münster assignat. Acta proxima V. feria post assumtionem B. V. (19. Aug.).
1260	Ludewicus, Dux Bawariae, ecclesiae S. Benedicti in Burren donat Irmengardin, filiam Chunradi de Dithohshusen et Chunegundis, sororis Magistri Dietrici, Ilmünsterensis Praepositi, Prothonotarii sui. Datum apud Dachowe pridie..... Augusti.
1260.	Premizl (Ottokar) Dominus Regni Bohemorum, Dux Austriae, fratres et homines ecclesiae Waldsassensis, in Boemia commanentes, ab judiciis extraordinariis eximit, et liberam deductionem ligni per rivum Egra indulget. Act. Ind. III. Dat. in Castello Veteri. Testes: Bauwir de Strakonitz, Major Camerarius, Scesso, Judex Curiae.
1260.	. . . .
1260.	Filii Leutwini apud Capellam renunciant omni impetitioni in possessiones Seppenhausen, recipiuntque eas a Capitulo Ratisponensi jure, quod vulgariter Freisazzenrecht appellatur. Dat. Ratisponae XV. Kal. Octobris (17. Sept.). (Confirmatum per cives Ratisponenses. Dat. Ratisponae VIII. Kal. Novembris, (25. Oct.). vid. *Ried* l. c. num 485.
1260.	. . . .
1260	. . . .
1260.	Cunradus, Frisingensis Episcopus, matrimonium inter Hermannum dictum Müldorfer, Capituli hominem, et Chunigundam, famulam ecclesiae Sancti Andreae, sub pacto aequalis liberorum procreandorum divisionis, approbat. Datum Frisingae XIII. Kal. Octobris (19. Sept.).

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Bertholdus Babenbergensis Episcopus fratribus monasterii Ebracensis confert decimam Kotmarsdorf (Köttmannsdorf, praef. Bamberg). Act. Ind. III. Pontif. anno I. (III.)
. . . .	Iringus Herbipolensis Episcopus Capitulo Babenbergensi confert decimam in Egilsvelt (Kalteneggolsfeld, praef. Bamberg). Dat. XV. Kal. Octobris (17. Sept.) Ind. III. Pontif. anno VII.
. . . .	Fridericus, Abbas Sancti Michaelis apud Babenberg, delegat ad altare Sancti Michaelis curiam Radesacker, et novale, dictum in Wenigoz, cum decima novalium penes Ratelstorf et aream ibidem juxta pontem inferiorem, ab Hermanno dicto Vende, pro area et agro in Heida (Oberhaid) commutatam. Dat. Ind. II. (IV.) XIV. Kal. Octobris, (18. Sept.).

Annus.	Bavarica.
1260.	. . . .
1260.	Coram Engelhardo Eistetensi Episcopo, Gotfridus de Pierchingen, Ministerialis, monasterio in Ensdorf vendit curiam in Tanhaim, pro XXIV. libris denariorum Ratisponensium. Acta VIII. Kal. Octobris (24. Sept.) Pontif. anno II. (M. B. XXIV. 46.)
1260.	W. Comitissa de Hardekh, pro remedio animae mariti sui, Comitis O. de Hardeck, et C. fratris sui, ecclesiae Sancti Petri ad Werdam donat quandam vaccariam ad Montana, in loco Riede. Dat. in Hardeckh XV. Kal. Novembris, (18. Oct.).
1260.	. . . .
1260.	Hugo miles, filius Heinrici inter Latinos, civis Ratisponensis, hubam jacentem prope civitatem, inter villam Irl et ripam Danubii, censns lege recipit. Testes: Heinricus de Lerchenvelt, Praepositus, Magister Leo, Decanus. Datum Ratisponae VIII. Kal. Novembris (25. Oct.).
1260.	Dominus Engelbertus de Holnstain monasterio Felicis Portae (Seeligpforten) cedit partem suam curiae in Rüt. Acta proxima feria IV. temporum ante nativitatem Domini (15. Decembris).
1260.	Henricus Burensis et Conradus Wezzobrunensis Abbates mutua connubia inter familas suas concedunt. Actum Ind. III., Jmperio vacante. (M. B. VII. 400)
1260.	. . . .
1260.	Augiense monasterium praedium Tambach, a Sacerdote Heinrico de Hohenburch redemtum, ad custodiam Augiensis ecclesiae remittit. (M. B. I. 227.)

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Wolframus de Urheim bona in villis Crummen (Krumm) Brahbach (Brappach), et Seckstal (Sechstal), jussu Episcopi Iringi a Thegenone de Lichtenstein absoluta, genero suo Gerlacho de Tundevelt oppignorat. Testis: M... Orphanus Camerarius. Actum inter Wunfurthe et Steinsvelt IX. Kal. Octobris (23. Sept.) Ind. III. Pontif. anno VII.
. . . .	H... Babenbergensis Decanus Plebano de Summo in Herbipoli insinuat datum sibi mandatum Alexandri IV. Papae super querimonia monasterii Sanctae Mariae de Fonte Virginis, Cistereiensis ordinis, contra Ottonem de Blumelin, ob capellam in Stammheim jure decidendi. Datum proxima secunda feria post Galli (18. Oct.).
Meingozo Cerdo ecclesiis Schönfeld et ad Sanctam Catharinam donat domum suam.	

Annus.	Bavarica.
1260.	P. et H. fratres Comites de Eschiloc, H nobilis dictus de Wilhain, et H. nobilis de Sevelt, ad C. Episcopum Frisingensem, ut pro P. Comite juniore de Eschiloc, captivo et in vinculis detento, ad certam summam pecuniae velit *excipere* (cavere), fidejubentibus illis.
1260.	Conradus de Wildenrod dimidiam prolem ex matrimonio Ulrici de Pridrichigen, ecclesiae Sancti Benedicti in Burren famuli, et Adelheid filiae Sifridi de Steindorf, dictae ecclesiae dimittit.
1260.	Berngeri Ysnensis Praepositi compositio inter Abbatem de Pruveningen (Priefling) et Fridericum sacerdotem super ecclesia Schambach. Acta *Indictione tali.*
1260.	Otto de Walde (Wald an der Alp) monasterio Raitenhaslacensi resignat dimidiam curiam in Loubenpach (Laubenbach, praef. Laufen) in dotem uxori suae cessam, pro duobus praediis Frioldesmoos (Freitsmoos?) et Tanne (praef. Tittmann).
1260.	Alhaidis, relicta quondam Butonis, Yconomi de Ufhoven, tradit ad ecclesiam Brixinensem famulum Chonradum.
1260.	Ulricus, Abbas Sancti Emmerami, curiam quandam dictam Lintach, (Linteich vel Lindhof prope Aiterhofen) ad domum infirmariae delegat.
1260.	Lis inter ecclesiam Biburg et Sigehardum Chinaer, ob retentam quandam pensionem, per traditionem aliae cujusdam curiae in villa Aerbinhoven, rescinditur.
1260.	Coram Alberto, ecclesiae Ratisponensis Episcopo, Waldsassensis Abbas et domus Teutonicae in Egra Commendator, de sepultura Rudegeri, dicti Angel, civis in Egra, et domini Heinrici de Chinsperch, inter sese conveniunt.
1260. circiter.	. . . .
1260. circiter.	. . . .
1260. circiter.	Ulricus, Sancti Johannis Praepositus, Abbatissae in Puelnhofen concedit curiam ecclesiae suae Windhaim.

Alemanica.	Franconica.

Adilheidis, uxor Sculteti (Lupoldi) de Rotenburc, monasterio in Kaeisheim tradit curias in Abbatshoven et in Katzenstein.

. . . .

Ulricus de Warberc donationem juris patronatus ecclesiae Amelbruht, a patre suo Craftone conventui sororum in Sulza factam, confirmat. Testes: Cunradus, Comes de Uluglowe, Hermannus Scultetus de Rotenburc et frater ejus, Lupoldus de Nortenberg.

Annus.	B a v a r i c a.
1260. circiter.	Orlricus Plebanus de Heubach commissarium petit ex judicibus ecclesiae Augustensis, in causa cum quodam Werendario, super quibusdam decimis vergente. vid *Meichelbeck* l. c. num. 106.
1260.	. . . .
1261.	. . . .
1261	Ricardus, Romanorum Rex, Ludovico Duci commendat omnia feoda, quae quondam vir nobilis Albertus Comes de Dylon ab Imperio tenuit, usque ad felicem reditum suum ad partes Regni Teutonici Datum apud Walingford VII. Januarii, Ind. IV. Regni IV.
1261.	. . . .
1261.	Lodwicus, Dux Bavariae, ecclesiae in Pulnhofen tradit omne jus suum super duas curias in Chebelstorf et in Mondorf, Chunrado de Parspereh et Hermanno de Curia pertinentes. Act. et dat. in Castro Lengvelt, XVII. Kal. Februarii (16. Jan.).
1261	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Alexander Papa ad omnes Praelatos, ne de piis legatis aliisque subsidiis, ordini Praedicatorum deputatis, detrahant portionem sic dictam canonicam. Datum Laterani II. Kal. Januarii (31. Dec.) Pontif. anno VII. (Ex arch. Herbipol.)
. . . .	Waltherus, Pincerna de Bratshelden, ordini fratrum domus Sanctae Mariae Theutonicorum Jerosolimitanorum donat omnia bona sua in Rolebach et Erlebach, cum vineis in Phuel et in Alto monte. Actum IV. Non (2.) Januarii. vid. *Guden* l. c. Tom IV. p. 899. 901. (Popponis Comitis de Thilichesberg, tanquam domini directi, consensus. Actum V. Id. (11.) Julii.)
Augustensis Curiae Judices dominabus in Schoenfeld Superiori adjudicant decimas minores in Gosershausen et in tota parochia Dietchirchen (praef. Zusmarshausen). Acta proxima feria VI. post octavam Epiphaniae (14. Jan.).	
. . . .	Coram Agnete, Abbatissa sanctimonialium Sancti Theodori in Babenberg, Eberhardus, unus ex XII. fratribus sedium, et uxor sua, offerunt sedium confratribus suis domum suam et hortum in Monte Globorum (Kaulberg). Act. Sabbato post festum Scolasticae virginis (12. Feb.).

Annus.	Bavarica.
1261.	Coram Ottone, Pataviensi Episcopo, conventus Sanctae Mariae Hainrico de Harchaim locat curiam in Haibach, a Chunrado Boemo comparatam. Dat. Pataviae XII Kal. Martii (21. Feb.) Pontif. anno VIII.
1261.	. . . .
1261.	. . . .
1261.	. . . .
1261.	Chunradus de Solzburc traditionem parochiae in Pollingen, ad monasterium Felicis Portae ex donatione patrui sui, Gotfridi de Solzburc, factam confirmat. Acta IV. Id. (12) Martii.
1261.	Coram H. Chiemensi Episcopo Cunradus de Steinkirchen curiam suam Haefenpach in Urslave legat Abbati in Reitenhaslach. Act. feria IV. post Invocavit. (16. Mart).
1261.	Ulricus, Salisburgensis Archiepiscopus, fratribus in Raitenhaslach confert piscinam suam apud Mittermül, quae vulgariter Wuer dicitur. Dat. Purchusen XIII. exeunte (19) Martio. (M. B. III. 159.)

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Engilhardus, Eistettensis Episcopus, Abbatissae et conventui Sanctae Walpurgis in Eistett concedit ecclesiam parochialem in Dietfurt. Datum apud Eistett VII. Kal. Martii (23. Feb.) Pont. anno II.
. . . .	Heinricus, miles de Hofsteten, a Praeposito et conventu de Rebdorf emit piscariam ipsorum apud Oberneistett pro XX. libris Hallensibus, et eandem illico reddit ecclesiae Rebdorfensi, praesente et sigillante Gebhardo, Comite de Hirzperch. Datum apud Wellenheim III. Kal. Martii, (27. Febr.)
. . . .	Coram Iringo, Herbipolensi Episcopo, Bertholdus, Abbas Ebracensis, Cystercicnsis ordinis, decimam ex quibusdam agris grangiae in Brunestadt (Brunnstadt); Rectori ecclesiae de Svarza sub castro Stollberc (Oberschwarzach) solvendam, reluit per cessionem allodii in Dampsdorf, (Donnersdorf), Manegoldo de Nuenburc, Sancti Johannis in Houge Praeposito et moderno in Svarza Rectori factam. Testes: Arnoldus Decanus. Albertus de Truhendingen Canonicus majoris ecclesiae. Marquardus Orphanus Camerarius. Marquardus Cruso Dapifer. Gernodus dictus Hofescoltheise. Acta pridie Non. (6) Martii. Ind. IV. Pontif. Iringi anno VII.

Annus.	Bavarica.
1261.	. . . .
1261.	Gerboto, Sancti Nicolai Praepositus, a domino Ottone de Waldekke ad sex annos redimit jus advocatiae super beneficiis ecclesiae in Phaefing, Rantolfing, Aichaich, Geiselhaim, Stainprukke et Strasse. Acta Pataviae X. Kal. Aprilis (23. Martii).
1261.	. . . .
1261.	. . . .
1261.	Ulricus, Salisburgensis Archiepiscopus, ordinat festivitatem anniversarii dedicationis Salisburgensis ecclesiae. Dat. Purchusen VI. intrante (6.) Aprili.
1261.	Alexander Papa IV. monasterii in Gars privilegia confirmat. Datum Laterani per manum Magistri Jordani Viceeancellarii, VI. Id. (8.) Aprilis, Ind. III. (IV.) Pontif. anno VII.
1261.	Ludovicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, ecclesiae in Diezzen donat molendinum ibidem, Marktmuel dictum. Act. apud Diezzen V. Id. (9.) Aprilis. Ind. IV. (M. B. VIII. 189.)
1261.	Ulricus, Salisburgensis Archiepiscopus, ecclesiae suae praedecessorum donationes confirmat. Dat. Purchusen X. intrante (10) Aprili.
1261.	Coram Ottone, Pataviensi Episcopo, Ulricus de Walhenstorf renunciat sorti cuidam, a progenitoribus suis monasterio Sancti Nicolai mutuatae. Dat. apud Pataviam Ind. IV. IX Kal. Maii (23. April).

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Bertholdi, Babenbergensis Episcopi, consensu, tutores Friderici, filii Berengeri de Grunenrode, bona ejus in Tifenbolaze (Tiefenpölz, praef. Bamberg) vendunt capitulo Babenbergensi pro L libris monetae Babenbergensis, et pro evictionis securitate curiam in Strullendorf oppignorant. Dat. Babenbergae XIV. Kal. Aprilis (19. Martii). Pontif. anno II.
. . . .	Iringus, Herbipolensis Episcopus, bona monasterii Ebracensis in Bernheim (Mainbernheim), ex donatione Hermanni de Liebesperg procedentia, facta causae cognitione, ab omni exactione libera declarat. Datum in Castro Brozoltsheim VI. Kal. Aprilis (27. Martii). Ind IV. Pontif. Iringi anno VII.
Ludwico, Comite de Oetingen, confirmante, Wolframus de Wolferstat ecclesiae Caesariensi donat praedium suum in Utzingen. Act. et dat. apud Walerstein, mense Maroii Ind. IV.	

Annus.	Bavarica.
1261.	. . . .
1261.	. . . .
1261.	Albero de Prukberch et Heinricus Abbas de Peuren libera inter homines suos connubia concedunt. Actum in dominica, qua cantatur misericordia domini (8. Maii).
1261.	Hartmanni, Augustensis Episcopi, consensu Gotelindis, Sifridi Ministri Relicta, et filius ejus Sifridus, vendunt Ulrico militi de Witolshoven curiam unam in Eglingen (praef. Landsberg). Datum Augustae XIII. Kal. Junii, (20. Maii). (M. B. XXII. 221.)
1261.	. . . .
1261.	Otto, Pataviensis Episcopus, Heinrico de Aigling, damna sua in castro Vichtenstein per Episcopum Gebhardum perpessa, remittenti, et proprietatem praedii sui in Oberheim donationis titulo ecclesiae Pataviensi offerenti, dictum praedium ad vitae tempus concedit. Testis: Albero, Comes de Roteneck. Actum Pataviae VIII. Id. (6.) Junii. (Aversae sigilli parti inscriptum: „Secretum ecla.")
1261.	Idem ecclesiam Ranshoviensem ab omni jure archidiaconali eximit. Act. Pataviae IV. Id. (10.) Julii, Pontif. anno VIII. Testis; Albero Comes de Rotenecke.

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Heinricus, Sancti Stephani Herbipolensis Electus, recipit ab Iringo Cres decimam quandam, hactenus in feodo detentam, et alia bona in Thangerheimensi territorio, quod dicitur Marke. Datum mense Aprili.
Sigina, Abbatissa Lindaugensis, infirmis seu leprosis concedit quemdam agrum de bonis under der Aiche, et pratum quoddam, dictum Bonebet. Datum et actum Lindaug, in die ascensionis domini (5. Maii.) Ind. IV.	
Volwici, Abbatis Caesariensis, notitia, quod dominus Heinricus Gozolt, civis in Nordelingen, vendiderit sibi curiam ejus in villa Baldringen, pro C. libris Hallensibus. Testes: Rodolfus de Alta domo, H... s de Hehaltingen, Liberi. Cunradus Dapifer de Rechenberch. Rudolfus Bolstater, Minister in Nordelingen. Act. III Kal. Junii (30. Maii.) Ind. IV.	

Annus.	Bavarica.
1261.	. . . .
1261.	Ejusdem concordia cum Abbate Ulrico in Gersten. Act. in Gersten XII. Kal. Julii (20. Junii).
1261.	. . . .
1261.	. . . .
1261.	Lis inter Dominam Hiltrudem Abbatissam de Altenmünster, et Dominum Bertholdum Seniorem Marscalcum de Schilperc, super Juta calcistrice de Sielenpach et pueris suis terminata. Acta apud Sielenpach Idus (13.) Augusti. Ind. III. (IV.) Epacta XVII. Concurrente V.
1261.	Conradus, Frisingensis Episcopus, Ludovico, Duci Bavariae, omne illud, quod quondam Perhtoldus Marchio de Hohenburc ab ecclesia Frisingensi possedit, confert in feudum. Actum Ind. IV. X. Kal. Septembris (23. Aug.).
1261.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Bertholdi Episcopi reversales de non petendis steuris in civitatis Babenbergensis emunitatibus. Dat. Babenberch Id. (13.) Junii.
Coram Hartmanno, ecclesiae Augustensis Episcopo, Ulricus, miles de Waeldin, proprietatem curiae in Nawe, quam ipse ab ecclesia Augustensi tenebat in feudo, Abbati de Caesarea donari procurat, in compensationem suam recipit autem proprietatem curiae in Etprechtshoven. Testes: Degenhardus, nobilis de Hoelenstain. Sifridus, Dapifer de Donnersperc. Acta Augustae Ind. IV. Non. (7.) Julii, in curia juxta capellam Sancti Johannis Baptistae.	
. . . .	Arbitrorum sententia ex laudo anni MCCLX. contra Comites de Rienecken lata, quod non liceat illis municionem vel castrum Esche (Eschau) in nemore vel circa nemus construere. Datum apud Aschaffenburg V. Kal. Augusti (28. Julii). Vid. *Guden* cod dipl. Tom. I. pag. 682.
. . . .	Gutae, relictae Rudegeri, dictae de Lintwrm, discordia cum liberis ob bona patrimonialia et feudalia in Thungersheim, Randersacher, Lintwrm, Lemmerberc et Steinechtenbuhel oborta amicabiliter componitur. Acta II. Non. (4.) Septembris.

Annus.	Bavarica.
1261.	. . . .
1261.	. . . .
1261.	. . . .
1261.	Ejusdem literae, investituram Ludovici Ducis ad Diepoldi, Ottonis et Ludowici fratrum feuda aperta extendentes. Actum et datum Frisingae XIV. Kal. Octobris (18. Sept.) Ind. IV.
1261.	Werendarius de Antdorf renuntiat decimis camporum quorumdam in Antdorf, inter ipsum et conventum de Burren litigiosis. Testis: Hermann Judex quondam de Wilheim. Acta in octava Michaelis (6 Oct.) in capella Sanctae Mariae in Bauren. vid. *Meichelbeck.* l. c. num. 109.
1261.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Ludewicus, Gerhardus et Heinricus fratres, Comites de Rieneckе, Domino Wernhero Archiepiscopo Maguntino debitum trecentarum marcarum Coloniensium denariorum remittunt. Testes: Herbipolensis Episcopus et Hermannus Comes de Hennenberg. Actum in campo inter Randenburg et Michelbach. Non. (5.) Septembris.
. . . .	Iidem castrum Esche (Eschau) contra pactum de anno MCCLX. aedificatum, sed a Wernhero, Archiepiscopo Maguntino, destructum, nullo tempore restaurare promittunt. Testes: Iringus Episcopus Herbipolensis et Hermannus Comes de Hennenberg. Actum in campo versus Seligenstad, juxta Randenburg et Michelbach. Non. (5.) Septembris. vid *Guden* cod. dipl. I. 685.
Urbanus Papa IV. jus patronatus in ecclesia de Medelingen sanctimonialibus ibidem confirmat. Datum Viterbii Idus (13.) Septembris. Pontif. anno I.	
. . . .	Concordia inter Dominum Iringum Episcopum et civium Herbipolensium universitatem facta et jurata, mediantibus Domino B... Praeposito, A... Decano, Heinrico et Hermanno Comitibus de Hennenberc, L... de Rieneeke, H... de Kastele, Comitibus, et Alberto de Trimberc. Actum Herbipoli Nonis (7.) Octobris.
	Ulricus miles, dictus de Urresheim, monasterio Sanctae Mariae in Ahusen donat bona sua in Urresheim (Ursheim, praef. Heidenheim). Dat. VII. Kal. Novembris (26. Oct.) Sub Abbate Gerungo.

Annus.	Bavarica.
1261.	Henricus Dux Bavariae concordiam inter Abbatem de Prirening et Albertum, inquilinum suum, de duabus curiis in ...... et Tieingen confirmat. Testis: Ulricus Judex de Achbach. Datum Burchusen IV. Non. (2.) Novembris.
1261.	. . . .
1261.	Arnoldus, miles de Buochaim, bona sua in Friehamab ecclesia de Burberch in feudum procedere recognoscit. Dat. et fact. Burberch in die Nycolai (6. Dec.) (M. B. VI. 405.)
1261.	. . . .
1261.	Urbanus Papa IV. Abbatibus de Tyrhaupten et Schiren mandat, ut transcripta privilegiorum et indulgentiarum Frisingensis ecclesiae Romam transmittant. Datum Viterbii XV. Kal. Januarii (18. Dec.) Pontif anno I.
1261.	. . . .
1261.	Hainricus Comes de Eschenloch coenobio Puirin donat curiam suam in Haderen. Act. die Innocentium. (28. Dec. 12 ,0?) in coenobio Purren. (M. B. VII. 135.)
1261.	Heinricus Prior Eremitarum Ordinis Sancti Wilhelmi in Valle speciosa (Schönthal) ab Alheide de Plesperch curiam unam in Premaeussel (Premiscel) et curiam unam in Diupertsruit et Guoten-

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Heinricus, Sancti Stephani Herbipolensis Electus, Brunoni carnifici, cognomento Bickelhelbe, elocat vineam unius jugeri et dimidii, sitam apud Steinechtenbühel (Steinbühl). Datum mense Novembris.
. . . .	Fridericus de Truhendingen Ludovico Duci pro MC. libris denariorum Ratisponensium vendit castrum suum Warperch (Warberg, praef. Herrieden) et oppida Niwenburch et Niwenstatt (Neunstetten Act. et dat. in Kalmunz III. Id. (11.) Decembris.
Gerungus, miles de Eringen, fratribus de Caesarea delegat praedium quoddam in villa Eringen, de quo a domino suo, per manum quondam Bawariae Palatini Comitis de Oetingen, fuerat infeudatus. Act. in Caesarea, Ind. IV. in die Sancti Thomae Apostoli (21. Dec.). Testes: Frater Gerungi, Rabeno, Pincerna de Eringen, et Gerungus filius suus. Cunradus, Dapifer de Limpurch.	

Annus.	Bavarica.
	bergen ea conditione recipit, ut Alheidi filiaeque suae victus et vestitus in monasterio administretur et fidelis ancillae servitium. Testis: Chuno Judex de Monaco (Waldmünchen).
1261.	Otto, Pataviensis Episcopus, ex redditibus ecclesiae in Tiefenbach fundat capellam B. V. M. in ecclesia S. Stephani, et quatuor clericos ad officium capellae ejusdem instituit. Act. Pataviae Pontif. anno VIII.
1261.	Willebirgis Arriszola ecclesiae Steingadensi confert XX. libras Augustenses de curte sua Peckstetten.
1261.	. . . .
1261.	. . . .
1261.	. . . .
1262.	. . . .
1262.	. . . .
1262.	Laudum octo virorum Ministerialium, assumto Superarbitro Friderico de Truhendingen, super controversiis, a tempore divisionis Ludovici et Heinrici fratrum, obortis. Actum Frisingae IX. Kal. Februarii (24. Jan.).

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Engelhardus de Bebenburg Luipoldo de Nortenberg, Regalis aulae Magistro Coquinae, resignat omnia bona sua et advocatias in villa Buch (praef. Leutershaussen).
. . . .	Alberti de Hohinloch consensu Heinricus de Hohinloch, miles, ecclesiae Hailsprunnensi legat XIV. jugera vinearum in Wigenheim (Weigenheim, praef. Mkt Bibart), nec non aream ad torcular construendum, cum stuba balnea, atque curiam suam in Galmargarten.
. . . .	Mehtildis, ecclesiae Sanctae Walpurgis in Eystett Abbatissa, confert sororibus suis ecclesiam in Dietphurt.
Coram Volcmaro de Chemenaten Dominus Bertholdus de Denkelingen in favorem Caesariensis ecclesiae renunciat omni juri praetenso in praediis, a cognata sua Hayga memoratae ecclesiae collatis Act. publice in castro Chemenaten, Ind. V. in Epiphania domini (6. Jan.).	
. . . .	Heinricus et Hermannus Comites in Kastele cedunt domui hospitalis Sancti Johannis bona Vdonis de Bibelrith, in villa hujus nominis, pro oblatis sibi in feudum bonis dicti Vdonis. Testis: Vto Dapifer. Datum et actum VI. Id. (8) Januarii.

Annus.	Bavarica.
1262.	Urbanus Papa IV. Abbati Monasterii de Roth mandat, ut litem inter monasteria Seon, Kiemsee, Sancti Petri Plebanum et Ortlibum de Wald super quibusdam possessionibus definiat. Datum Viterbii II. Kal. Februarii (31. Jan.) Pontif. anno I.
1262.	Rapoto de Essenpach ecclesiae in Alderspach donat hominem suum Rewinum de Tanpach. Testes: Heinricus de Moestorf, Judex in Vilshofen. Wigandus Judex in Grisbach. Acta VIII. Id. (6.) Februarii.
1262.	Wernherus, Abbas de Prueveninge, litem sese inter et Dominum Chunradum de Hohenvelse super quibusdam pratis in Chirphenholz amicabiliter componit. Acta V. Id. (9.) Februarii.
1262.	. . . .
1262.	Ratisponense capitulum ecclesiam Monster (Kammünster), ab Alberto Episcopo sibi incorporatam, confert confratri suo Ottoni, dicto Hagenhul. Datum Ratisponae V. Kal. Martii. (25. Feb.) vid. Ried. l. c. num. 488.
1262.	Urbanus Papa IV. in causa Abbatis Sancti Emmerami contra Rudigerum, dictum Ungarum, Wernerum, dictum Swepherman, et Ulricum de Ekemuel, Dapiferum, super decimis aliisque rebus, Pruevenigensis monasterii Abbatem judicem delegat. Datum Viterbii, Kal. Martii (1. Mart.) Pontif. anno I. (Lib. Prob. pag. 184.)
1262.	Idem in causa monasterii Altahensis (Niederaltaich) contra Albertum de Hals et consortes super decimis ecclesiae Sancti Mauricii, Pataviensis ecclesiae Cantorem judicem delegat. Dat. Viterbii V. Non. (3.) Martii. Pontif. anno I.
1262.	Ulricus de Solzburc, Imperialis aulae Ministerialis, possessiones suas in Ror et in Reut monialibus Felicis Portae cedit in concambium pro curia in Mulhusen et molendino ibidem. Actum Non. (5) Martii in Seligenporten, testante Friderico de Onoltspach.
1262.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Cunemundus de Sunnenberch ecclesiae in Lancheim confert bona sua, ab Arnoldo de Schonenbrunnen comparata. Act. in Lancheim XII. Kal. Marcii. (18. Feb.).
. . . .	Iringo Episcopo Herbipolensi praesente Cunradus Abbas in Nuwenstat, ordinis Sancti Benedicti, vendit coenobio sanctimonalium in Coeliporta, Cysterciensis Ordinis, bona sua in Himelstat. Actum et datum pridie Non. (6.) Martii, Ind. V. Pontif. Iringi anno VIII. Testis: Heinricus Abbas de Burnebach.

Annus.	Bavarica.
1262.	. . . .
1262.	. . . .
1262.	. . . .
1262.	. . . .
1262.	Baumburgense monasterium praedium quoddam, situm in monte Gramperch (praef. Passau), Pataviensi Episcopatui donat. Act. Pataviae Idus (15.) Martii.
1262.	Ulricus, Salisburgensis Archiepiscopus, recognoscit authenticam bullam Coelestini Papae III. datam anno MCXCV. possessiones monasterii Raushovensis generaliter corroborantem. Dat. in Otinga XV. Kal. Aprilis (18. Mart.).
1262.	Urbanus Papa IV. Abbati de Pruvinigen injungit monasterii Sancti Emmerami defensionem adversus raptores, praedones et invasores. Dat. Viterbii III. Kal. Aprilis (30. Mart.) Pontif. anno I. (Lib. Prob. num 85.)
1262.	Pernhardus et Eberhardus de Wilhaim atque Tegernseensis Abbas inter sese dividunt pueros Ulrici de Witolshoven, praesente Ludovico, Bavariae Duce. Act. in capella Tölnz III. Id. (11.) Aprilis.
1262.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Iringi Episcopi consensu Cunradus, Plebanus quondam in Nuwesetze (Neuses), modo hospitalis et domus Sancti Theoderici Procurator, pro anniversario suo celebrando dicto hospitali donat domos tres et aream unam, juxta domum Welandi Fabri. Acta feria secunda post dominicam Reminiscere (6. Mart.).
. . . .	Idem Episcopus ad R... Thelonearium in Brozoltsheim, ut de rebus Ebracensis monasterii, per vecturas Herbipolim vel alias translatis, nullum teloneum exigat. Datum II. Id. (14) Martii. Ind. V. Pontif anno VIII.
. . . .	Idem Eberacensi monasterio confert villam Nuwendorf (Neudorf, praef. Burgebrach), ab Heinrico de Zabilstein resignatam, cum silvula adjacente. Dat. MCCLXII. Ind. V. Pontif. anno VIII. (Sine die).
. . . .	Ejusdem assensu Bertoldus, Ebracensis monasterii Abbas, jus advocaticum in villa Kaltenhausen a viris nobilibus, Henrico et Hermanno Comitibus de Kastele redimit Testes: Manegoldus de Nuwenburc Praepositus Sancti Johannis in Honge. Heinricus et Hermannus, fratres Comitis de Hennenberc. Datum MCCLXII. Pontif. Iringi anno VIII. (Sine die).
Swiggerus de Mindelberch et **Cunradus** Arrizzuls, arbitri, divisionem homi-	

Annus.	Bavarica.
1262.	Frater Thomas, Episcopus Squillacensis, pro reformatione Salzeburgensis ecclesiae a sede Apostolica destinatus, omnibus, qui monasterii Sancti Bartholomei Apostoli in Pettindorf (Klein-Pettendorf, praef. Neuburg), Ratisponensis dioecesis, et ordinis fratrum Praedicatorum sororibus ad claustri constructionem manus porrexerint adjutrices, indulgentiarum mercedes dispendit. Dat. Burcose (Burghausen) IV. Kal. Maii (20. April.).
1262.	Heinrici, domus Teutonicorum in Plawe Prioris, sententia super curia in Walde et subsidibus in Heresingen, ad parochiam Waldsassiensem in Schoenbach pertinente. Act. apud Egram XII. Kal. Maii (20. April.). (Confirmata per Leonem Ratisponemsem Episcopum, apud Ratisponam IV. Id. (12.) Maii.)
1262.	Agnes, Comitissa Palatina Rheni, Ducissa Bavariae, monasterio Indersdorfensi donat curiam in Holzhusen et hubam in Walcheimesbuch. Dat. Monaci in die beati Georgii (23. Apr.). Ind. V. (M. B. X. 250.)
1262.	Eadem curiam suam in Marchpach tradit ad altare Sancti Spiritus in Pollingen. Datum eodem et ibidem. (M. B. X. 52.)
1262.	Eadem ad altare Sanctae Mariae in Raitenhaslach tradit vaccariam suam in Werde. Dat. ut supra. (M. B. III. 159.)
1262.	. . . .
1262.	. . . .
1262.	Frater Thomas, Squillacensis Episcopus, ecclesiam Chiemensem ab omni procuratione et collecta Sedi Apostolicae sive Salisburgensi ecclesiae solvenda, ad Chiemensis Praepositi tunc existentis vitae tempus eximit. Datum in Oting VIII. intrante Mayo (8. Maii.).

Alemanica.	Franconica.
num Steingadensis ecclesiae et villae in Duirichain, Regia potestate pridem ordinatam, confirmant. Acta in ecclesia Duirichain XVIII. Kal. Maii (14. April.).	
. . . .	Berchtoldus, Babenbergensis Episcopus, Mariae, nobilis viri Friderici Burcravii de Nurenberc filiae, et in eventum Alheidae, successionem in feodis Babenbergensis ecclesiae concedit. Datum VIII. Kal. Maii (24. April.) Pontif. anno III. vid. *Oetter* II. Versuch S. 335.
. . . .	Idem praedicto Burgravio, avunculo suo, confert bona Chunradi fratris sui, sine heredibus forte decessuri. Testes: Eberhardus de Sluzelberch, Ulricus de Sluzelberch. Dat. Babenberg.

Annus.	Bavarica.
1262.	Urbanus Papa IV. in causa Abbatis Waldsassensis contra monasterium de Reichenbach, jus patronatus ecclesiae seu capellae in Hohenstein concernente, Ratisponensis ecclesiae Decanum judicem delegat. Dat. Viterbii V. Id. (11.) Maii. Pontif. anno I.
1262.	Idem tenore trium Brevium ad Capitulum cathedrale, ad Clerum Ratisponensem, et ad ipsum populum Civitatis datorum, confirmat electionem Magistri Leonis, Decani, in Episcopum Ratisponensem, eique remittit, quod sibi ipsi suffragium tulerit, et juramentum de semet ipsum non eligendo, prius praestaverit. Datum ut supra. vid. *Ried* l. c. num. 489.
1262.	. . . .
1262.	. . . .
1262.	. . . .
1262.	. . . .

Alemanica. | Franconica.

. . . .

. . . .

Hertmannus Augustensis ecclesiae Episoopus, Henrico, de Lauingen, civi Werdensi, piscariam in Gremcheim, a nobili Comite de Zolr sibi obligatam, confirmat. Augustae .... Junii...

Liugardis, nobilis viri Thiemonis de Hohenburch relicta, conventui sororum in Medingen vendit praedium, a marito suo propter nuptias sibi donatum, videlicet villam Stetten, cum jure patronatus ecclesiae ibidem, pro CL. libris Hallensibus. Acta Idibus (13.) Junii. Testis: Bertholdus, Comes de Marstetten, viduae avunculus.

Idem Babenbergensi capitulo vendit portionem suam villae Roedwinsdorf (Röbersdorf, praef. Bamberg), ab Ekberto Episcopo mensae Episcopali comparatae, pro C. libris, de quibus XVIII. numeratae pro pretio castrorum Tuchersvelt, nuper emtorum, sint vertendae. Dat. VI. Kal. Junii (27. Maii.) Pontif. anno III.

Agnes, Sancti Theodori Babenbergae Abbatissa, Chonrado Judelbrecht locat domum lapideam in Babenberg, ante Monetam. Dat. et act. V. Id. (9.) Junii.

Annus.	Bavarica.
1262.	. . . .
1262.	. . . .
1262.	. . . .
1262.	Prioratus in Pillersee ad monasterium Rotense incorporatur. Dat. XIX? Kal. Junii (14. Jun.). (M. B. I. 396.)
1262.	. . . .
1262.	Otto, Pataviensis Episcopus, provocat ad Sedem Apostolicam contra Th. Episcopum Squillacensem, trecentas marcas argenti ex Urbani Papae praetenso mandato exposcentem. Dat. in S. Ypolito XII. Kal. Julii (20. Jun.).
1262.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
Eidem pro dicto pretio fidejussores sistuntur, XVII. Kal. Julii (17. Junii.) Ind. V.	
Bertholdus, Comes de Marstetten et Conradus de Niffen, fratres, ceu curatores filii Liugardis, consentiunt.	
Elwacensis ecclesia Ludwico Comiti de Ottingen in concambium cedit curiam villicariam et insuper duas hubas et nemorum distinctiones in villa Münster, pro possessionibus quibusdam in Magerbein, Zabeltingen, Ringingen superiori, et in Vinningen. Dat. in campis apud Uzelingen, XVI. Kal. Julii (16. Junii) Ind. V. Testes: Viri nobiles: Rudegerus de Hurenheim et Alta domo, Hermannus de Haheltingen. *Ministeriales* Comitis de Ottingen: Conradus Dapifer de Sibenbrunen, Rabeno, Pincerna de Sneiten.	
. . . .	Iringus Herbipolensis Episcopus monasterio Coeliportensi recognoscit omne jus super bonis in Himmelstadt, a coenobio Neuenstadt sibi comparatis, excepto judicio saeculari, ad Episcopatum Herbipolensem competente. Actum in die Sancti Viti (15. Jun.) Pontif. anno IX.
. . . .	Boppo, majoris ecclesiae Praepositus, Bertoldus Decanus cum fratribus Sancti Johannis in Bibelriet agros quosdam in marchia Bi-

Annus.	Bavarica.
1262.	Heroldus Abbas in Einstorph ex sententia arbitrorum in caussa sui monasterii et Castellensis curiae cuidam in Ymsteten renunciat. Acta in Castello praesente D. Mauricio, Abbate S. Egydii in Nurnberch, in vigilia S. Viti (14. Jul.). (M. B. XXIV. 329.)
. . . .	Albertus (de Ertal), Advocatus de Herlingesberc, pro animae remedio cognati sui Theoderici de Burchartrode ecclesiae in Vrowenrode confert villam Stangenrode.
. . . .	Cunemundus de Sunnenberch Abbati de Lancheim vendit bona sua Dabermarsdorf (Kaider, praef. Lichtenfels) pro L. talentis denariorum Babenbergensium. Act. in Babenberg.

Annus.	Bavarica.
1264.	. . . .
1264.	. . . .
1264.	. . . .
1264.	. . . .
1265.	. . . .
1265.	Coram Ludwico, Comite Palatino Rheni, Duce Bavariae, Ulricus de Holenbach, cognominatus Holermus, coenobio in Furstenvelt legat curias suas in Holenbach et Gallenbach. Act. et dat. Wolfrathusen, VI. Id. (8.) Januarii. (M. B. IX. 90.).
1265.	Fridericus, Abbas in Peowern, (Michelbeiern?) Heinricus, Praepositus in Reichersperg, et Sifridus, Praepositus Ranshovensis, parochiam Ranshovensem ex anno MCCXII. pridem ab Archidiaconatu absolutam esse recognoscunt. Dat. in Ranshov. II. Id. (12.) Januarii. Ind. VIII.

Alemanica.

Bertholdus de Schawbenburch, Augustensis Canonicus et Reotor ecclesiae in Medelingen, praedium quoddam ecclesiae suae in Superiori Medelingen commutat cum avunculo suo Ulrico, Viro nobili de Gundelfingen, ecclesiae dictae patrono, pro praedio pariter in Medelingen sito, et superadditis agris quibusdam in Gundelfingen.

Hartmanni, Augustensis Episcopi, confirmatio.

Waltherus de Vemingen sororibus in Medelingen, Praedicatorum ordinis, offert curiam ibidem, dictam Leonis.

Leo, Ratisponensis Episcopus, Lindaugiensi ecclesiae exhibet Urbani Papae indulgentias pro cruce signatis. Dat. Ratispan.

Piscaria in Gremheim, ad Hartmanmannum Augustensem Episcopum ex patris sui Hartmanni Comitis de Dilingen successione devoluta, consentiente Episcopo per Heinricum civem de Werdea, dictum de Laugingen, venditur Hainrico, Abbati de Caesarea. Act. IV. Non. (2.) Januarii. Dat. in Caesarea.

Franconica.

Annus.	Bavarica.
1265.	. . . .
1265.	. . . .
1265.	. . . .
1265.	. . . .
1265.	Berchtoldus de Schilperk ecclesiae Steingadensi vendit possessionem suam in Hermolstein. Dat. Augustae in die beati Matthiae Apostoli (24. Feb.). (M. B. VI. 533.)
1265.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Iringus, Herbipolensis Episcopus, litem inter Henricum, Sancti Stephani Abbatem, et Sifridum ac Hoehgravium, Advocatos in Vilchbuinde (Vilehband), dictos de Grunisvelt, ob advocatiam in Vilchband, mediantibus nobilibus dominis Ludewico, Gerhardo et Heinrico germanis, Comitibus de Rineke, sopitam promulgat. Datum IX. Kal. Februarii (24. Jan.). Pontif. Iringi anno XI.
. . . .	Heinricus et Hermannus nobiles de Castele, manibus coadunatis Dominarum Sophiae et Sophiae, uxorum suarum, Fratri Ulrico de Vellenberch, Commendatori et fratribus Hospitalis Sancti Johannis in Wirceburch, vendunt decimam in villa Ergershem, cum aliis bonis ibidem, et ecclesiae Herbipolensi pro recompensatione feodi offerunt villam Geruthe (Gereut), sub castro Castele sitam. Testes: Boppo de Trimberch Praepositus. Bertoldus de Sterenberch Decanus. Manegoldus de Nuwenburch Praepositus in Hauge. Ludewicus Comes de Othingen. Vtho Dapifer. Datum Id. (13.) Februarii. Ind. VIII. Pontif. Iringi anno XI.
. . . .	Boppo Praepositus, et Arnoldus Decanus ecclesiae Herbipolensis, ad dissidia capituli tollenda in Dominum Iringum Episcopum et Arnoldum Decanum, caeterosque Canonicos compromittunt. Acta in capitulo Id. (13.) Februarii.
. . . .	Lugardis, Ottonis de Espenvelt Relicta, de haereditate mariti cum liberis suis transigit. Testes: Anno, Domus Teutonicae Magister. Heinricus Episcopus Sambiensis. Datum et actum X. Kal. Martii (20. Feb.).
. . . .	Iringi Herbipolensis Episcopi data licentia, ut post mortem C... de Enkersperge, majoris ecclesiae Cellarii, proventus ecclesiae ipsius in Melrichestat primo anno ad solutionem debitorum ipsius, et secundo anno ad satisfactionem illicite forsan habitorum debeant deservire. Datum VI. Kal. Martii (24. Feb.). Ind. VIII. Pontif. Iringi anno XI.

Annus.	Bavarica.
1265.	. . . .
1265.	. . . .
1265.	. . . .
1265.	. . . .
1265.	. . . .
1265.	Gebhardus, Comes de Hirzberch, Fridericus Comes de Truhendingen, Fridericus Burggravius de Nurenberc, arbitri, novas ab transactione Frisingensi litium causas inter Bavariae Duces ad statum *primae divisionis* ubicunque reducunt. Actum in campis apud Merchingen III. Non. (5.) Marcii.
1265.	Matheus, Abbas monasterii Scotorum Sancti Jacobi Ratisponae, conventui sanctimonialium in Buelnhoven locat praedia sua in Munechriute, Chanstein et in Wineden. Act. et dat. apud Sanctum Jacobum Ratisponae VII. Idus. (9) Martii.
1265.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Wernherus, Novi Monasterii Decanus, aream ecclesiae in Gnezgau pro alia area, monasterio Mareburghausen appertinente, legitime comparat. Datum III. Kal. Martii (27. Feb.).
. . . .	Coram Ulrico nobili de Warperch Bertoldus de Urowe, (Aurach) miles, fratribus Hailsbrunnensibus offert curiam suam in Mittelnkarbach, cum decimis. Act. III. Kal. Martii (27. Feb.).
. . . .	Cunegundis Abbatissa in Marburgehusen et ecclesia parochialis in Gnetzgau duas areas inter sese commutant. Datum II. Kal. Marcii (28. Feb.). Ind. VIII. Pontif. Iringi anno XI.
. . . .	Wolframi, Advocati de Dornberg, consensu, Conradus dictus de Einhardsdorf, miles et Castellanus suus in Lichtenowe, fratribus Hailsbrunnensibus legat mansum suum in Goteludorf apud Lewenrode (Göddeldorf, praef. Heilsbronn). Dat. Dornberg, mense Februarii.
Hartmannus, Augustensis Episcopus, donationem decimae in Volparsteten, intra fines parochiae in Blintheim, a patre suo Hartmanno, Comite quondam in Dilingen, Abbati de Caesarea factam, ratam habet. Act. Dilingen Kal. (1.) Martii, Ind. VIII.	
Hugo, Palatinus de Tuwingen, beatae Mariae Virgini in Augusta pro dimidio donat pueros Domini Wernheri de Berge, ministerialis sui. Datum apud Burgov, VII. Idus (9.) Martii.	

Annus.	Bavarica.
1265.	Lodwicus, Dux Bavariae, curiam in Hushaim, ecclesiae Pollingensi ab Hainrico Raoobone legatam, in defensionis suae tutelam suscipit. Actum et datum Wolfrathusen V. Id (11.) Martii.
1265.	Hainricus Vertingus ex curia Herder, quam comes Hainricus de Eschenloch monasterio Sancti Benedicti in Burren tradidit, omnibus stiuris aut mochis et ovibus advocatalibus prorsus renunciat. Acta in die paschatis palmarum. (29. Mart.).
1265.	Hermannus de Haeginberch coenobio Staingadensi tradit hubam in Stochenn, sibi a Diepoldo et Herbordo fratribus de Iglingen cessam. Acta feria quarta in Pascis (8. April.).
1265.	. . . .
1265.	. . . .
1265.	. . . .
1265.	. . . .
1265.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Iringus, Herbipolensis Episcopus, et frater Albertus, Episcopus quondam Ratisponensis, litem inter capitulum Sancti Johannis in Houge, et virum nobilem Craftonem de Hohenloch, super juribus Praeposituræ et Advocatiae Kunegeshoven (Königshofen), Wolgeshusen (Wolckshausen), Eslichesheim (Eichelsee), et Herichesheim, (Herchsheim, omnes in praef. Ochsenfurt) arbitrio suo componunt. Testis: Lambertus de Gelichen Praepositus Novi Monasterii. Acta III. Id. (10) Aprilis.
. . . .	Lugardis, Relicta, atque Otto et Lugardis, Liberi Ottonis de Espenvelt, domui Theutonicae et conventui Sanctae Agnetis Herbipoli tradunt omnem haereditatem et patrimonium suum. Datum et actum VI. Non. (2.) Maii.
. . . .	Ludewicus miles, dictus de Richinbere, ex annonae pensione in advocatia sua Eichsvelt cuilibet mansionario remittit unum maldrum avenae. Datum VII. Kal. Junii (26. Maii.).
. . . .	Sigeberti senioris de Windeheim consensu, fidelis suus, Ludewicus de Buchelberc, Eberacensi coenobio assigrat duos mansos in villa Bebendorf, quae est sub nemore (Holzberndorf, praef. Iphofen), cum omni decima ibidem. Testes: Eberhardus de Tundenelt, Sigeberti consanguineus, Heinricus et Gerlacus, nobiles, dicti de Tundeuelt. Act. Kal. (1.) Junii.
. . . .	Iringus, Herbipolensis Episcopus, Kratonem et Conradum fratres de Hoinlo recipit in Castrenses castri Sanctae Mariae, cum triginta dextrariis phaleratis et decem balistariis, iisque pro recompen-

Annus.	Bavarica.
1265.	Ratisponense Capitulum Herwico, cognomine Poller, tradit aream inter institas Friderici quondam, cognomine Chretzel. Dat. Ratisponae XIII. Kal. Julii (19. Jun.). Ind. VIII.
1265.	. . . .
1265.	. . . .
1265.	. . . .
1265.	. . . .
1265.	Heinricus, Comes Palatinus Rheni, concordiam cum Leone Episcopo Ratisponensi factam esse protestatur et juramento confirmat. Actum in Pruol IV. Id. (12.) Julii. Ind. VIII. vid. *Ried* l. c. num. 505.

Alemanica.	Franconica.
	satione feodi in Nazza (Nassach) et in Bolzhusin C.C. marcas argenti assignat, auxilium sibi stipulans contra quemlibet et nominatim contra nobiles Dominos Comites de Hennenberg, et contra cives Herbipolenses, Comitibus autem vicissim auxilium contra Ludovicum Comitem de Otingin promittens. Datum VIII. Kal. Julii (14. Jun.). v. *Ludwig* Reliq. II. 232.
. . . .	Clemens Papa IV. conventui monasterii de valle Sanctae Crucis facultatem succedendi in haereditatibus Professarum concedit. Datum Perusii X. Kal. Julii, (22. Jun.). Pontif. anno I.
. . . .	Frater Albertus, Episcopus quondam Ratisbonensis, et Frater Ulricus de Vellebere, Commendator Fratrum domus Hospitalis Sancti Johannis Baptistae, Herbipolensis civitatis, tamquam judices compromissarii, possessoribus curiae Wegenheim, Herbipoli stabulum aedificantibus, imponunt, ne lumina domus censualis obfuscentur. Actum apud Herbipolim in octava Sancti Johannis Baptistae (1. Jul.).
. . . .	Gertrudis, Abbatissa Sanctae Mariae in Babenberg, Dominae Friderunae, quondam uxoris illius de Mecherit, anniversarium celebrandum suscipit ex proventibus curtis ze dem Steynhoue, juxta fluvium Urach (Steinhof in Unteraurach praef. Bamberg). Dat III. Non. (5.) Julii.
. . . .	Iringus, Herbipolensis Episcopus, nobili viro Conrado de Trimperc assistentiam sibi contra cives Herbipolenses promittenti, in subsidium expensarum assignat proventus allodii, quod dicitur Vorwerk in Rieden, ac decimas in Widoldeshusen et in Edeleiben. Actum in Brozoldesheim proximo sabbato ante festum beatae Margarethae. (11. Jul.).

Annus.	Bavarica.
1265.	. . . .
1265.	Henricus, Dux Bavariae, monasterio in Walderbach confirmat progenitorum suorum donationes, videlicet jus patronatus ecclesiae in Asle vel Monaco, et decimas censuales de Monaco et Eschelkam. Testes: Albertus de Hals, Rapoto Comes de Ortenberch. Datum in Salah VII. Kal. Augusti (26. Jul.).
1265.	Heinricus, Palatinus Comes Rheni, Dux Bawarie, ex avi sui Loudwici praecepto monasterium in Malharsdorf ab advocatiae juribus immune declarat. Datum in Lantshout V. Kal. Augusti (28. Jul.). Ind. VIII. (M. B. XV. 274.).
1265.	. . . .
1266.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Conradus II. Jerosolimae et Siciliae Rex, Dux Sueviae, viro nobili Friderico, Bureravio de Nurenberch, feodali titulo confert advocatiam in Steina (Münchsteinach). Dat. apud Lengenuelt XVI. Kal. Augusti (17. Jul.). vid. *Ussermann* l. c. pag. 63. *v Schütz* S. 143. *Oetter* II. Versuch S. 432.
. . . .	Fridericus, Burgravius de Nurenberch, et Elizabeth Burgravia, conjuges, proprietatem oppidi in Baierruth (Baireuth) cum omnibus attinentibus, ex successione Ottonis, Ducis Meraniae, acquisitis, et castrum suum in Chadolspurch (Kadolzburg) cum omnibus proprietatibus, monasterio Sanctorum Viti, Sulpicii et Serviliani in Elwange in feodum offerunt, et filiam suam, Mariam, et conjugem suum Ludovicum, filium Comitis Ludwici de Otingen, futuros haeredes sibi paciscuntur. Testes: Ludewicus do Otingen, Hainricus de Chastel, Comites. Rudolfus de Hurenheim, de Alta Domo. Hermannus senior de Haheltingen. Arnoldus Dapifer de Seggendorf. Act. IV. die exeunte Julio (28. Jul.). Ind. VIII. vid. *v. Schütz* l. c. S. 86. n. 49. *v. Falkenstein* l c. S. 63. n. 52. *Oetters* II. Versuch S. 350. *Longolii* Nachrichten II. S. 135.
. . . .	Ottonis, Elwacensis Abbatis, Reversales, quod dictas proprietates haeredibus restituere velit, reservatis tantummodo ecclesiae El-

Annus.	Bavarica.
1265.	Coram Heinrico de Mosdorf, Judice in Vilshoven, vicem nobilis de Hals, Judicis provincialis iudicii in Chriechstorf, quod vulgariter Lautterdinch vocatur, gerente, Chunradus de Tutlign ecclesiae Sanctae Mariae et fratribus in Alderspach in casum mortis suae resignat praedium suum Tutlign. Actum in Chriechstorf XV. Kal. Septembris (18. Aug.).
1265.	. . . .
1265.	. . . .
1265.	Otto de Aschaw servam suam nomine Otiligam, filiam Heinrici militis de Dorfspach, Sanctae Mariae in Nunnenwert liberam dimittit. Acta in prato apud ecclesiam Aschaw. IX. Kal. Octobris (23. Sept.) (M. B. II. 456.)
1265.	Dominus Bruno Episcopus Brixinensis, et illustres Comites Meinhardus et Albertus de Gorz et de Tyrol defensionis reciprocae foedus ineunt. Act. in Sittingen VI. die exeunte Septembri (25 Sept.).
1265.	Otto de Berchtoltsdorf monasterio Mallersdorfensi cedit partem quamdam molendini in Sitendorf, curiae suae adjacentem. Dat. in Berchtoltsdorf IV. Id. (12.) Octobris.
1265.	. . . .

Alemanica.	Francònica.
	waeensis proprietatibus, curia videlicet in Reindorf (praef. Kadolzburg) sita juxta Chadolspurg et altera curia in Bloeze (Blos, sive Altenblos, praef. Baireuth) sita juxta Baierriute. Act. in Chadolspurg sub eodem. vid. *Oetter* l. c. S. 361.
. . . .	Lites inter dominum Episcopum Iringum et universitatem civium Herbipolensium per arbitros sopitae. Testes: Albertus quondam Ratisponensis Episcopus. B... Decanus. M... de Nuwenburch, Praepositus in Houge. Ludovicus Comes de Rienecke. Heinricus de Bruneke. Actum VII. Kal. Septembris (26. Aug.).
Hartmannus. Augustensis Episcopus, capitulo cathedrali Augustensi incorporat ecclesiam in Maendechingen (Schwabmünchen), in cujus recompensationem capitulum Episcopo cedit jure patronatus et advocaticio ecclesiae in Witislingen. Act. et dat. XI. Kal. Septembris (22. Aug.).	
. . . .	Literae excommunicationis per Iringum Episcopum Herbipolensem in Albertum de Hohenlohe, capituli Onolsbacensis frumentum resque

Annus.	Bavarica.
1265.	. . . .
1265.	. . . .
1265.	. . . .
1265.	. . . .
1265.	Clementis Papae IV. mandatum ad Pataviensem et Frisingensem Episcopos de absolvendo praevia caussae cognitione Ottone, Comite quondam Palatino, Duce Bavariae, in excommunicationis statu morte praevento, corporeque ejus ecclesiasticae sepulturae tradendo. Datum Perusii VI. Kal. Decembris, (26. Nov.), Pontif. anno I. (M. B. X. 472.).

Alemanica.	Francônica.
	alias in villa Ottinhoven violenter occupsutem. Act, Herbipoli XI. Kal. Novembris (22. Oct.).
. . . .	Johannes Abbas Sancti Jacobi Scotorum Herbipoli Heinrico, dicto Bobinger, vendit censum duarum maldrarum siliginis. Sigillator: Fridericus Abbas ad Sanctum Burchardum. Datum et actum in vigilia Simonis et Judae Apostolorum (27. Oct.).
Gebwinus, Abbas Sanctorum Udalrici et Afrae in Augusta, pro pecunia ab Hermanno dicto Fundan, Sancti Mauricii Decano, pro anniversario suo dicata, fratribus monasterii sui assignat pratum quoddam in Husteten (Haunsteteu), ab Ulrico nobili de Bokesperc comparatum. Acta Kal. (1.) Novembris. (M. B. XXIII. 12.).	
. . . .	Conradus de Solzburg, Ministerialis, Rudolfo, Abbati Hailsbrunnensi, vendit villulam suam apud grangiam Ketelndorf, dictam Nuwehofelin (Neuhoeflein, praef. Heilsbronn) pro CCXX. libris Hallensibus. Dat. Nurimberg XVI. Kal. Decembris (16. Nov.). Testes: Cunradus Prior, dictus de Landeshute. Conradus Stromeier, Scultetus in Nuremberg. De castellanis et hominibus praefati Conradi de Solzburg: Conrad de Brukkebach, (Bruckeberch?) Rapoto et Heinricus dictus Boek, milites, Hermannus Officialis de Burgelino, Wolfelinus de Wfenbach.
. . . .	Clementis Papae IV. privilegium pro ordine Praedicatorum, ne liceat aliis Religiosis mendicantibus infra spacium trecentarum cannarum ab ipsorum ecclesia aedificare capellam aliquam seu ecclesiam. Datum Perusii XII. Kal. Decembris (20. Nov.) Pontif. anno I.

Annus.	Bavarica.
1265.	. . . .
1265.	Albertus de Bruckberch Sancto Johanni in Steingaden confert curiam suam in Mitelsteten, Act. IV. Non. (2.) Decembris.
1265.	Ottocarius, Rex Bohemiae, capitulo Pataviensi foedus cum Episcopo initum significat. Dat. apud Liberam Civitatem Non. (5.) Decembris.
1265.	Clemens Papa IV. Pataviensis ecclesiae privilegia confirmat. Dat. Perusii III. Id. (11.) Decembris. Pontif anno I.
1265.	Heinricus et Ludovicus, Duces fratres, vi tractatuum, in crastino beati Thomae Ratisponae habitorum, ad resarcienda damna hominibus suis utrimque illatis, obsides designant. Ratisponae X. Kal. Januarii (23. Dec.).
1265.	. . . .
1265.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Coram Friderico, Burggravio in Nuremberg, in judicio Provinciali Norimbergae habito, Henricus de Hus resignat monasterio in Halsprunn omnes actiones et impetitiones suas in villam Museliudorf (Mausendorf, praef. Heilsbronn). Act. proxima die post festum Andreae Apostoli (1. Dec.). Ind. VIII. Testis: Cunrat Stromer Scultetus. vid. *v. Schütz* l. c. S. 85. n. 48. *v. Falkenstein* l. c. S. 62. n. 51. *Oetter* l. c. S. 442. Histor. Norimb. diplom. S. 154. n. 26.
. . . .	Lupoldus de Nortenberch, Aulae Imperialis Magister coquinae, cum filiis Lupoldo et Heinrico, pro suo et uxoris suae Adelheidis anniversario, sororibus in Rotenburch, ordinis Sancti Augustini, oppignorat medietatem omnium proventuum in Bernheim (Burgbernheim). Act. X. Kal Januarii (23. Dec.). Sigillatores: Albertus quondam Ratisponensis Episcopus. Hermannus Scultetus de Rotenburch. Lupoldus Butiglarius de Wiltengen. Fidejussor: Lupoldus filius Butiglarii. Testis: Frater Hermannus, Fratrum Praedicatorum Prior Provincialis per Theutoniam.
. . . .	Idem in easdem transfert omnes possessiones suas in Rode, Gechenheim, Ergersheim, Pfaffenhoven (omnes in praef. Uffenheim),

Annus.	Bavarica.
1265.	Mainhardus, Comes Goriciae ac Tyrolis, ob reverentiam Praepositi Chunradi, Capellani sui, monasterium Raitenbuch in tutelam suam suscipit. In Castro Tyrol, in die Innocentum (28. Dec.). MCCLXVI. (i. e. nostra computatione 1265). Ind. IX.
1265.	Ottakerus, Rex Bohemiae, Dux Austriae et Styriae, coenobii Formbacensis immunitatem a teloneis Austriacis confirmat. Act. et dat. Wienne Ind. VIII. per manus Ulrici et P. Prothonotariorum Regis, anno Regni IV. (M. B. IV. 155.).
1265.	Fridericus, Abbas Sancti Emmerami, pro fundatione Chunradi Paschingeri, Capellani in Achirchen, ad luminare ecclesiae, in corona monasterii dependens, domum quandam, tres solidos denariorum annuatim solventem, assignat.
1265.	Bartholomeus de Wal, monasterio in Steingaden tradit advocatiam super ecclesia in Niederhoven et curiam dimidiamque hubam ibidem. (M. B. VI. 532.).
1265.	Wolfgangus, Comes de Altendorf, eremitis in Valle speciosa (Schönthal) confert tres curias in Pinawe, a fidelibus suis, Sibotone et Tyroldo, fratribus, in feodo possessas.
1265.	. . . .
1265.	. . . .
1266.	. . . .

Alemanica.	Franconica.

cum jure patronatus parochiae in Niussese (Neusitz, praef. Rotenburg) et piscina ibidem. Act. eodem. (Charta transumta).

Sibotonis Curialis Cervi (Stolzhirsch), Advocati, ac omnium civium Augustensium sententia, ob quindecim jugera agrorum in Schaberai, uxori Conradi de Lögingen (Lauingen) in sponsalitium oblata. Testis: Luipoldus Sigebrecht, tunc Purggravius Augustensis.

Heinricus, Marchio de Burgowe, dominabus in Schoenvelt Superiori confert curiam suam in Utinhoven.

. . . .

Hildebrandus miles, dictus de Luden, fratribus et infirmis Hospitalis Sancti Johannis Herbipoli assignat sex maldra siliginis ex bonis suis in Rimpar, et Iringo Episcopo Herbipolensi pro resarcitione feodi offert tria jugera vinearum apud Hochheim, in loco, qui Bach dicitur.

Annus.	Bavarica.
1265. circiter.	. . . .
1266.	Engela, Felicis Portae Abbatissa, emit domum, ortum et agros Ergenberti in Pollingen pro tredecim talentis denariorum et sexaginta denariis. Acta in Foro Novo, Nonas (5.) Januarii. Sigillante Wolframo Sculteto de Novo Foro.
1266.	Lodwicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, ecclesiae Pollingensis hominibus in Anstetten concedit jus compascui cum villa Aschiringen. Act. et dat. apud Eslingen II. Id. (11.) Januarii. (M. B. X. 55)
1266.	Albertus, Abbas Sewenensis, et Hedwiga, Abbatissa Chiemseensis, curiam in Nempach, inter se litigiosam, amicabili transactione dividunt. Testis: Walterus Judex Provincialis. Datum in Altenhonaw, proxima die post octavam Epiphaniae (14. Jan.).
1266.	Hartmannus, Augustensis Episcopus, commutat cum monasterio Rotenbucensi curiam in Liugartsried pro curia in Mülhusen, ab Heinrico de Wellenburch, Camerario Episcopali, comparata. Acta in capitulo Augustensi, XIII. Kal. Februarii (20. Jan.). Ind. IX.
1266.	. . . .
1266.	. . . .
1266.	Leo, Ratisponensis Episcopus, ab Alhardo de Frawenhoven et uxore sua Eufemia emit castrum et possessiones apud Eglolfesheim, pro centum et quinquaginta libris denariorum Ratisponensium. Testes: Altmannus de Rotenecke, Comes, Praepositus Sancti Johannis, et alii. Actum et datum apud forum Puchpach III. Kal. Februarii (30. Jan.). vid. *Ried* l. c. num. 510.

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Heidenricus et Eberhardus, filii Wolframi bonae memoriae Pincernae de Ruth, Hospitali Sancti Martini extra muros Babenbergenses pro XVII. libris Babenbergensis monetae vendunt molendinum, aream et stupam balnearem in Vorcheim. Sigillo Wolframi Pincernae de Ruth, felicis memoriae patris illorum, roboratum. Acta post obitum Wolframi Pincernae patris.
. . . .	Heinricus, Abbas Sancti Stephani Herbipoli, per guerram Iringi Episcopi et civium ipsius graviter damnificatus, Heinrico Bobinger vendit proventus ex bonis in villa Offirbein (Opferbaum). Datum et actum die Sancti Vincentii Martyris (22. Jan.).
. . . .	Bertoldus Decanus majoris ecclesiae ad querelas Friderici Presbyteri Vicarii, compellit Heinricum de Caltenhusen, civem Herbipolensem, ad praestationem annui canonis, ex bonis suis et curia in Guntersleben. Datum VI. Kal. Februarii (27. Jan.).

Annus.	Bavarica.
1266.	. . . .
1266.	. . . .
1266.	. . . .
1266.	Ludwicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, fundationis suae locum Furstenvelt possessionibus dotat. Datum Monaci Ind. IX. VIII. Kal. Martii (22. Feb.); (M. B. IX. 90.)
1266.	Arnoldus de Schoneke, fraterque ejus Fridericus de Rodaneh, pro acceptis C.C. marcis ab Episcopo Brixinensi Brunone, Sanctis Patronis, Petro Apostolo, Cassiano, Ingenuino et Albwino, dicant publicum altare in choro Brixinensi. Testis: Dominus Meinhardus, ill..... Tyrol et Goric. Acta Brixinae in choro, ad altare Sanctorum Patronorum, in die Sabbathi, proxima ante dominicam Laetare, VI. die intrante Marcio i. e. II. Non. (6.) ejusdem mensis.
1266.	Ottocarus, Rex Bohemiae, iudicibus suis et officialibus in Austria vetat judiciariam suam exercere potestatem super bonis ecclesiae Pataviensis, excepto judicio capitali. Dat. in Egenburch, Id. (15.) Martii. v. *Hund* l. c. I. 388. *Lunig* Spicil. Eccl. II. 785.

Alemanica.	Franconica.
Capitulum Augustense ecclesiae in Superiori Schoenenvelt spondet VIII. solidos annuatim, ex area in antiqua valle civitatis Augustensis. Datum Augustae, Non. (5) Februarii.	
Conradus II. Jerosolymae et Siciliae Rex, Dux Sueviae, coenobio de Caesarea confert proprietatem in curia Pirchach. Act. et dat. apud Augustam, anno MCCLXVII. (scil. pro stilo Pisano, ex nostro 1266. vid. v. Lang Jahrbücher S. 155.) Ind. X. IV. Id. (10.) Februarii. vid. *Spies* Aufkl. S. 232.	
Idem dicto coenobio confert proprietatem in curia Niwenwilar. Testes: Ludwicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, Heinricus Pincerna de Smalnecke. Act. et dat. Augustae MCCLXVII. Ind. X. pridie Id. (12.) Februarii.	

Annus.	Bavarica.
1266.	. . . .
1266.	. . . .
1266.	Hermani, dicti Wagemann, haeredes in Swarza, ex prato in Renfdlinstocke XII. denarios singulis annis ecclesiae Felicis Portae exhibendos suscipiunt. Acta in Menge III. Kal. Aprilis (30. Mart.).
1266.	Fridericus, Abbas Sancti Emmerami, Merbotoni, villico suo in Swebelweiz, confert unam setzam, sitam in monte Swebelweis, dictam ein Rain, ad colendam vineam. Act. VII. Id. (7.) Aprilis.
1266.	Swicherus de Muntalbano monasterio Steingadensi promittit concordiam ob ecclesiam in Scardes celebratam, inviolabilem tenere. Acta in villa Mals, in domo et in praesentia Electi Curiensis IV. Kal. Maii (28. April.) Ind. IX. (M. B. VI. 534.)
1266.	. . . .
1266.	Meinhardus, Judex, ac Universitas civium in Monaco, litem inter ecclesiam Chiemensem et Pilungum, filium quondam Chuonradi Hantlini, concivem suum, super retentione servitii ex quibusdam possessionibus in Velchirchen, in Haiching et in Truetering, amicabiliter componit. Datum in translatione beati Nicolai Episcopi (9. Maii).
1266.	Clemens Papa IV. monasterii Eberspergensis Abbati committit, ut decedente parochialis ecclesiae Sancti Emmerami Rectore, Episcopum Ratisponensem et monasterium Sancti Emerami mittat in corporalem possessionem. Dat. Viterbii III. Id. Maii (13 Maii) Pontif. anno II. vid. Lib. Prob. num. 88.

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Hermanno, Comite de Hennenberg, mediante, concordia inter Comites Ludewicum, Gerhardum, et Henricum, fratres de Bienecke, et Wernherum Archiepiscopum Moguntinensem restauratur, et Archiepiscopo pro stipulatis quingentia marcis argenti castra Wildenstein, (praef. Eschau), et Ronnenberch, cum aliis novis castris intra quatuordecim dies destruenda, oppignorantur. Datum apud Wildenstein, feria quarta proxima ante diem Palmarum (17. Mart.). vid. *Guden* cod. dipl. I. 718.
Heinricus, nobilis de Gundelfingen, Irmengardi, Priorissae in Medelingen transmittit curiam quandam in Medelingen Superiori, a milite Domino Heinrico de Huntheim, sibi resignatam. Acta X. Kal. Aprilis (23. Mart.) ante urbem Hirspil, in strata regia et publica.	
. . . .	Wolframus de Dornberg, Advocatus, jus advocatiae in piscina ecclesiae Halaprunnensis apud Urach (Petersaurach) dictae ecclesiae legat. Act. Kal. (1.) Maii.

Annus.	Bavarica.
1266.	Idem monasterio Sancti Emmerami omnes ecclesias, capellas, possessiones suas et omnia privilegia confirmat. Datum Viterbii per manum Magistri Michaelis S. R. E. Vicecancellarii, Id. (15.) Maii, Ind. IX. Pontif. anno II. vid. Lib. Prob. num. 90.
1266.	Idem Friderico Abbati Sancti Emmerami Ratisponae usum annuli et mitrae confirmat. Dat. eodem. vid. Lib. Prob. num. 86.
1266.	Wichardus, Canonicus Slirensis, decimas quasdam apud Warngeu et hubam in Wilharting transfert ad monasterium Schlierseense, consentiente Chunrado Episcopo Frisingensi. Datum Frisingae XI. Kal. Junii (21. Maii.).
1266.	. . . .
1266.	Clemens Papa IV. Seonensi Abbati committit causam Rotam inter et Gottwicum vertentem. Dat. Viterbii VII. Kal. Junii (26. Maii.). Pontif. anno II. (M. B. I. 399.).
1266.	Johannis, Episcopi Chiemensis, indulgentiae pro ecclesia Sancti Nicolai. Dat. Patavíae V. Kal. Junii (28. Maii).
1266.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Adelhaidis, vidua de Schowenberch, in mariti sui anniversarium, ecclesiae Sancti Michaelis in Babenberg erogat talentum unum ex uno manso in villa Nuowendorf (Neudorf, praef. Weismain). Act. die Sancti Urbani (25. Maii). vid. *Ussermann* Cod. prob. pag. 170.
. . . .	Ludovicus, Comes Palatinus Rheni, Bavariae Dux, vacante Imperio Romano, Dominam Mariam, Friderici Burggravii de Norimberg filiam, Ludowici Comitis junioris de Otingen conjugem, eventualiter de Burggraviatu Norimbergensi investit. Act. et dat. in Chadolspurch MCCLXVII. quarto die exeunte Maio (28. Maii.) (i.e. pro stilo Pisano, pro nostro 1266.) Ind X. Testes: Cunradus II. Jerusal. et Sicil. Rex, Dux Sueviae, Ludewicus senior Comes de Ottingen, Hainricus Comes de Chastel, Wolframus Advocatus de Dornberg. vid. *Oetter* l. c. S. 475. *v. Schütz* l. c. S. 94. n. 58. *v. Falkenstein* l. c. S. 66. n. 56. *Histor. Norimb. dipl.* S. 159. n. 30.

Annus.	Bavarica.
1266.	. . . .
1266.	Chunradus, Frisingensis Episcopus, Meinhardo, Comiti Goriziae et Tyrolis, confert advocatiam praedii in Layan. Dat. Frisingae VI. Id. (8.) Junii.
1266.	. . . .
1266.	. . . .
1266.	. . . .
1266.	. . . .
1266.	Leo Episcopus et Capitulum Ratisponense, controversias inter monasterium Sancti Emmerami et Leonem, Plebanum ibidem, amicabiliter definiunt. Datum Ratisponae VI. Id. (10.) Julii. vid. *Ried* l. c. num. 511.

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Ejusdem tenoris litterae Regis Chunradi II. Act. eodem. vid. *Oetter* l. c. S. 516. *v. Falkenstein* l. c. S. 87. num. 57.
. . . .	Clemens Papa IV. compositionem inter Capitulum in Hauge Herbipoli, et nobiles viros Albertum et Craftonem fratres, ac Godfridum de Hohenloch initam, super damnis quibusdam illatis, ratam habet. Datum Viterbii XVI. Kal. Julii, (16. Jun.) Pontif. anno II.
Hartmannus, Augustensis Episcopus, conventui Caesariensi tradit ecclesiam Tetenhart, in spiritualibus et temporalibus regendam, et grangiam ibidem construendam. Dat. et act. in Capitulo Augustensi XIV. Kal. Julii (18. Jun.), praesente Heinrico, Pincerna de Witeselingen.	
Adelheit et Agnes, filiae Marquardi de Cappenburc, ad preces Hiltegardis de Sorhain, conferunt ecclesiae Caesariensi proprietatem praedii sui, quo ipsa ab illis est infeodata. Act. in vigilia Johannis Baptistae (23. Jun.).	
Henricus, Argentinensis Episcopus, Clementis IV. Papae gratias, cruce signatis impertitas, Lindaugiensi ecclesiae exhibet. Datum Argentinae VIII. Id. (8.) Julii.	

Annus.	Bavarica.
1266.	. . . .
1266.	Chunradus, Frisingensis Episcopus, Meinhardo, Comiti Goriziae et Tyrolis, confert advocatiam praedii in Layan. Dat. Frisingae VI. Id. (8.) Junii.
1266.	. . . .
1266.	. . . .
1266.	. . . .
1266.	. . . .
1266.	Leo Episcopus et Capitulum Ratisponense, controversias inter monasterium Sancti Emmerami et Leonem, Plebanum ibidem, amicabiliter definiunt. Datum Ratisponae VI. Id. (10.) Julii. vid. *Ried* l. c. num. 511.

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Ejusdem tenoris litterae Regis Chunradi II. Act. eodem. vid. *Oetter* l. c. S. 516. *v. Falkenstein* l. c. S. 87. num. 57.
. . . .	Clemens Papa IV. compositionem inter Capitulum in Hauge Herbipoli, et nobiles viros Albertum et Craftonem fratres, ac Godfridum de Hohenloch initam, super damnis quibusdam illatis, ratam habet. Datum Viterbii XVI. Kal. Julii, (16. Jun.) Pontif. anno II.
Hartmannus, Augustensis Episcopus, conventui Caesariensi tradit ecclesiam Tetenhart, in spiritualibus et temporalibus regendam, et grangiam ibidem construendam. Dat. et act. in Capitulo Augustensi XIV. Kal. Julii (18. Jun.), praesente Heinrico, Pincerna de Witeselingen.	
Adelheit et Agnes, filiae Marquardi de Cappenburc, ad preces Hiltegardis de Sorbain, conferunt ecclesiae Caesariensi proprietatem praedii sui, quo ipsa ab illis est infeodata. Act. in vigilia Johannis Baptistae (23. Jun.).	
Henricus, Argentinensis Episcopus, Clementis IV. Papae gratias, cruce signatis impertitas, Lindaugiensi ecclesiae exhibet. Datum Argentinae VIII. Id. (8.) Julii.	

Annus.	Bavarica.
1266.	Chunradus Frisingensis Episcopus, feuda, per mortem nobilis viri Gebhardi de Tolnze (Tölz) vacantia, cum decima in parochia Chunizstorf (Kumbstorff?) et bonis in Enzelhusen, confert Ludovico Duci. Datum Vohburch, Idibus (15) Julii.
1266.	Idem cum Magensone, Ministeriali suo, super Purchhuta in Purchrein (Burgrain) transigit. Testis: Ludovicus de Puetelbach, Judex Episcopi. Acta Frisingae X. Kal. Augusti (23. Julii.).
1266.	Idem confirmat incorporationem ecclesiae parochialis in Glanersdorf, monasterio Undersdorfensi factam. Acta in Capitulo Frisingensi, VI. Kal. Augusti (27. Jul.). (M. B. X. 252.).
1266.	Henricus, Praepositus Mosburgensis, Frisingensis ecclesiae Archidiaconus, ad Decanum in Altenmunster, ut Praepositum Indersdorfensem mittat in corporalem possessionem ecclesiae in Glanersdorf. Data Frisingae III. Non. (3.) Augusti. (M. B. X. 254.).
1266.	Chunradus, Frisingensis Episcopus, ecclesiam Swinkirchen (Schweiten Kirchen, praef. Moosburg) communi praebendae ecclesiae cathedralis annectit. Datum Frisingae XVI. Kal. Septembris (17. Aug.).
1266.	Leo, Ratisponensis Episcopus, unionem ecclesiae parochialis ad Sanctum Emmeramum confirmat. Dat VII. Kal. Septembris (26. Aug.). vid. Lib. Prob. num. 89.
1266.	Heinricus, Tegernseensis Abbas, Frisingensi Episcopo cedit proprietatem praedii in Gunzenhusen (Ginzenhausen praef. Freising). Datum Weidhoven V. Id. (9.) Septembris.
1266.	Leo, Ratisponensis Episcopus, monasterio Superioris Altahae confert pratum prope Lynach in dem Haken, ab Alberto de Pirnprunn coëmtum, et a Conrado nobili viro Comite de Mosburga, domino feudali, resignatum. Datum Ratispone XII. Kal. Octobris (20. Sept.). (M. B. XII. 126.).
1266.	Idem, in causa Abbatis de Superiori Altah contra Chunradum Plebanum de Geltofing duas tertias decimarum, tam majorum quam minorum, dicto monasterio et ecclesiae suae in Aiterhofen ex lata sententia judicum confirmat Datum eodem. (M. B XII. 127.).
1266.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
Hainricus, Praepositus Sanctimonialium de Wihenberch, de consensu Magistrae Irmengardis, vendit conventui de Caesarea praedium quoddam in Gablungen. Act. Ind. IX.	

Annus.	Bavarica.
1266.	. . . .
1266.	. . . .
1266.	. . . .
1266.	. . . .
1266.	. . . .

Alemanica.	Franconica.

Heinricus et Sifridus fratres, Dapiferi de Donrsperc, ejusdem praedii in Gablungen advocatiam sive defensionem, resignant. Teste: Heinrico, patre, Dapifero seniori. Act. Ind. IX.

Bertoldi Comitis de Graifspach consensu Domina Irmengardis, Domini Hainrici de Moroelheim, dicti de Curia, Relicta, cum fratribus Sanctae Mariae in Caesarea permutat bona sua in Turheim pro alia curia quadam in Geuch, a Domina Sophia, Domini Ramungi de Niwenhusen Relicta, comparata. Act. Ind. IX.

Hartmannus, Augustensis Episcopus, Conradum II. Regem Siciliae et Ducem Sueviae, ecclesiae suae defensorem et civitatis Augustanae Advocatum agnoscit. Testes: Dominus Bertholdus, Comes de Marstetten. Ulricus de Gundelvingen et Degenhardus, filius suus. Swigerus de Mindelhain et S..., filius suus. Act. et dat. V. Non. (3.) Octobris, Ind. X. ante horam vespertinam, in gradibus ecclesiae Augustensis.

Idem monasterio Caesariensi incorporat jus patronatus ecclesiae in Staine, et filiae ejus in Ruedelingen, a Friderico, Comite de Zolr, et uxore ejus Uedelhildi, sorore Episcopi, comparatum. Act. et dat. VII. Id. (9.) Octobris.

. . . .

Ludwicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, Conrado Stromeir et haeredibus suis, forestum in Nuremberg eo jure, quo

Annus.	Bavarica.
1266.	. . . .
1266.	. . . .
1266.	. . . .
1266.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
	Heinricus et Gramliebus, fratres sui, et ipse in haec tempora usque tenuerunt, gubernandum committit. Testes: Fridericus Burggravius de Nurenberg. Albertus, Praepositus Illmunsterensis. Winhardus de Reobach, Butiglarius de Nuremberg. Dat. Nuremberg XVII. Kal. Novembris (16. Oct.). vid. *Hist. dipl. Norimb.* S. 157. v. *Schütz* l. c. S. 94.
. . . .	Clemens Papa IV. Bertholdo, Babenbergensi Episcopo, remittit censum annuum unius palafredi albi cum sella, vel XII. marcarum, pro praedecessorum suorum tempore effluxo. Dat. Viterbii XII. Kal. Novembris (21. Oct.), Pontif. anno II.
. . . .	Conradus II. Hierosolimae et Siciliae Rex, ac Dux Sueviae, Conrado Stromser forestum in Nuremberg gubernandum et regendum confert, salvis tamen servitiis Imperialis curiae. Act. et dat. Augustae XI. Kal. Novembris (22. Oct.), Ind. X. vid. *Hist. dipl. Norim.* S. 158. v. *Schütz* S. 94.
Conradus II. Jerusalem et Syciliae Rex, Dux Sueviae, Sancti Udalrici (Augustae) ecclesiam et officiales ab omni officialium suorum jurisdictione in ipsa civitate eximit. Actum et dat. Augustae X. Kal. Novembris (23. Oct.) Ind. X. (M. B. XXII. 223.).	
. . . .	Idem avunculo suo Ludovico in recompensationem expensarum acquirendi castri et civitatis Nurimbergensis, et postmodum pro consumando matrimonio, Babenbergae et Norimbergae factarum, obligat pro M.M.C.C. marcis argenti puri castrum Hohenstein (praef. Hersbruck) cum advocatiis Hersbruck et Vilsecke, cumque bonis in Erbendorf (praef. Neustadt), Urbach, Hannenbach et Plech. Act. et dat. apud Augustam IX. Kal. Novembris (24. Oct.). vid. *Aettenkhover* S. 178.

Annus.	Bavarica.
1266.	. . . .
1266.	. . . .
1266.	. . . .
1266.	Sophia, Abbatissa de Niwenburch, hubam feudalem quandam in Understal, ab Heinrico dicto Merbot resignatam, confert sororiis ejusdem, dictis Kichrinch. Acta XVI. Kal. Decembris (16. Nov.).
1266.	Leo, Ratisponensis Episcopus, Ingamino, filio Heinrici Toler, concedit hubam vacantem in villa Partschindes (Partsinns prope Meran?). Testes: Altmannus de Retenek Comes, Praepositus Sancti Johannis Ratisponae, Albertus Judex de Landek. Act. apud Pertschindes X. Kal. Decembris (22. Nov.). vid. *Ried* l. c. num. 514.
1266.	. . . .

Alemanica.	Franconica.

Idem avunculis suis, Ludovico et Heinrico, Ducibus, si forsan sine prole discesserit, donat omnia bona sua patrimonialia et feudalia, tam in partibus Germanicis, quam Latinis. Dat. apud Augustam IX. Kal. Novembris (24 Oct.).
vid. *Aettenkhover* S. 172.

Hartmannus, Augustensis Episcopus, et S... junior de Mindelberg, deposita hostilitate litem ob castrum in Strazberg (Strassberg, praef. Schwabmünchen componunt. Dat Augustae IX. Kal. Novembris (24. Oct).

Clemens Papa IV. incorporationem ecclesiae in Medelingen, monasterio sororum Ordinis Sancti Augustini ibidem factam, confirmat. Dat. Viterbii IV. Kal. Novembris (29. Oct.). Pontif anno II. (Publicatum ab Episcopo Hartmanno, Dilingae XV. Kal. Aprilis (17. Mart.) 1267.)

. . . .

Goppo de Trinpere, Praepositus Herbipolensis, monachis in Halesbrunnen, in Ahusen et in Randesacker residentias habentibus, confert locum quendam, situm in Mogo, qui vulgariter dicitur Werth, apud Ysolstat. Act. in crastino beati Andreae Apostoli (1. Dec.).

Annus.	Bavarica.
1266.	. . . .
1266.	Leonis Ratisponensis Episcopi compositio cum Chunrado et Friderico, fratribus de Friuntsperch, super jure, quod habuere in fratribus de Volra et advocatia in Langchamph et hominibus in Tirse, curia in Sel et possessionibus in Drouhowe, Traistadel, Veiringe, Hohensuent, Eisinge et Vrowenpühel. Testis: Altmannus de Roteneke, Comes. Dat. apud Uetter VII. Id. (7.) Decembris. vid. *Ried* l. c. num. 515.
1266.	Ulricus, Plebanus in Hartkirchen, fratribus ecclesiae Sanctae Mariae in Alderspach tradit domum suam apud Sanctum Paulum, ab Dieza, Relicta quondam Magistri Willehelmi, Medici, comparatam. Act. et dat. Patavise pridie Idus (12.) Decembris, Ind. IX.
1266.	. . . .
1266.	Hajnricus miles, dictus de Isoltsriet, ecclesiae Sanctae Mariae in Undistorff pro sepultura sua legat praedium suum in Ilchdorff, reservato sibi jure advocatiae et praedio conferendo sibi in Priell. Acta XIV. Kal. Januarii (19. Dec.). (M. B. XIV. 151.).
1266.	Leonis, Ratisponensis Episcopi, compositio cum C. et F. fratribus de Friuntsperg super castro Schindelberch, per mortem Rapotonis Palatini Comitis Bavariae ecclesiae Ratisponensi relicto, et a fratribus de Friuntsperg tam ratione obligationis pro DCCCC. libris, tam ratione feodi postulato ac impetito. Testis: Altmannus de Rotenecke, Comes, Praepositus. Dat. Ratisponae X. Kal. Januarii (23. Dec).

Alemanica.	Franconica.
Idem ad Magistrum Generalem et Priorem Provincialem fratrum Praedicatorum in Alemania, ut curas, monasterio capitali sororum in Medingen hactenus impensas, ad monasterium filiale in Medelingen extendat quoque. Dat. Viterbii II. Non. (4.) Decembris, Pontif. anno II.	
Hartmanni, Augustensis Episcopi consensu, ministeriales ecclesiae suae vendunt ecclesiae in Wihenbereh duas curias in Inferiori Turhaim, cum advocatia ac domibus. Testes: Cunrad de Turhaim et Ulricus de Turhaim. Acta XVI. Kal. Januarii (17. Dec.).	

Annus.	Bavarica.
1266.	. . . .
1266.	Chunradus, Jerosolimae Rex et Dux Sueviae, Ludovico Duci, avunculo suo, pro subsidio sibi apud matrem suam Elizabeth, et Meinhardum Comitem Goriziae et Tirolis, maritum ejus, apud Veronam expenso, obligat oppidum Schongawe et villam Moringen cum toto Hybisch, pro M.C C.C.C.C. Marcis argenti Colon. ponderis. Dat. Veronae VI. Kal. Januarii (27. Dec.) MCCLXVII. (ex nostra computatione 1266.) vid. *Aettenkhover* S. 180.
1266.	Idem, in causa contra Cunradum, Episcopum Frisingensem, super praedio et castro in Intica, compromittit in arbitrium Friderici Frisingensis Praepositi. Act. apud Tyrol. VII. ......
1266.	. . . .
1266.	. . . .
1266.	. . . .
1266.	. . . .
1266.	Richkerus de Rotowe, si forsan intra diem VI. Kal. Septembris usque ad nativitatem Domini decesserit, pro sepultura sua ecclesiae S. Mariae in Aldersbach legat curiam suam in Rulstorf. Actum in Aldersbach.

Alemanica.

Idem de bonis in Grauenhoven nec proprietatis jura nec advocationis sibi adrogaturum esse spondet. Dat. apud Caesaream VII. Kal. Januarii (26. Dec.).

. . . .

. . . .

. . . .

Albertus de Vilinbach ecclesiae in Schonenvelt cedit aream in parochia Sancti Georgii Augustae, et bona sua in Bonstetten. Acta juxta Epespurch.

Franconica.

Bertholdus dictus Isolt cum ecclesia Halsbrunnensi permutat curiam suam in Wolansdorf (Wollersdorf, praef. Heilsbronn) pro bonis in Pollisdorf, Husin, et Gutmannshove, cum evictione contra omnes impetiones Henrici et Hiltboldi, filiorum Henrici de Lapide, Buticularii, sororiorum suorum. Sigillator: Fridericus Burcgravius.

Ringerus de Nurenberc ad perpetuum lumen in capella Sancti Willibaldi juxta hospitale ordinat quendam mansum in villa, quae dicitur Nova Curiola (Neuhoeflein, praef. Heilsbronn).

Rudolphus, Abbas in Hahelsprunne, ab Henrico de Lapide, tutorio nomine puerorum Conradi de Solzberch, pro XC. libris Hallensibus comparat sylvam Wunesbahc.

Annus.	Bavarica.
1267.	. . . .
1267.	. . . .
1267.	. . . .
1267.	Hermannus, Abbas in Weingarten, Meinhardum Comitem Tirolis in consortium bonorum operum recipit. In die Agathae Virginis (5. Feb.).
1267.	Leo, Ratisponensis Episcopus, in causa Kalhohi, Rectoris ecclesiae in Heunesaker, contra monasterium de Pruvening, decimas foeni pratorum in Pühel concernente, instrumenta per actorem producta irreprehensibilia pronunciat. Actum in Consistorio Episcopi Ratisponae, in die beatae Agathae Martiris (5. Feb.). (M. B. XIII. 218).
1267.	. . . .

Alemanica.

Chunradus, Jerosalem et Siciliae Rex et Dux Sueviae, avuoculo suo Ludovico obligat advocatiam civitatis in Augusta, castrum Swabekke, cum omni advocatia apud stratam super homines et bona omnium Augustensis Dioecesis ecclesiarum, advocatiam porro ecclesiae in Fuezzeo, et curiam Supra Montem. Act. et dat. Veronae Xmo Januarii die.

vid. *Aettenkhofer*, 181.

Ludewico, et filiis ejus Ludovico et Cunrado, Comitibus de Otingen, consentientibus, Cunradus Dapifer de Rechenberg conventui Caesariensi donat mansum quemdam in Eringen. Act. in Otingen. Dat. autem in Walerstein XXI. die Januarii, Ind. X.

. . . .

. . . .

Franconica.

W... Decanus Novi Monasterii Herbipoli, Walthero et Herdeino fratribus jure haereditario elocat novale quoddam in Echoesvelt (Essfeld). Actum et datum mense Januario.

Clemens Papa IV. fratribus ordinis Praedicatorum varia monialium monasteria incorporat. Datum Viterbii VIII. Id. (6) Februarii Pontif. anno II.

Annus.	Bavarica.
1267.	Coram eodem Episcopo, Paldwinus, miles de Paerbingen, nomine nepotis sui Alberti de Seirchingen, Haemoni, civi Ratisponensi, vendit decimam per totam villam in Seirchingen. Dat. Ratisponae VII. Id. (7.) Februarii. vid. *Ried* l. c. num. 516.
1267.	Clemens Papa IV. monasterium Furstenvelt in protectionem suam suscipit. Datum Viterbii XV. Kal. Martii (15. Februar), Ind. X. Pontif. anno III. (M. B. IX. 94).
1267.	Lodwico, Comite Palatino Rheni, Duce Bavariae, confirmante, conventus in Furstenvelt ab Ulrico et Heinrico fratribus de Holzchirchen emit pratum quoddam in Altingen. Datum Monaci XII. Kal. Martii (18. Feb.). (M. B. IX 93).
1267.	. . . .
1267.	. . . .
1267.	. . . .
1267.	. . . .

Alemanica.	Franconica.

Idem jus patronatus ecclesiae parochialis in Stetten pro eodem jure in Heydenheim, de monasterio ibidem ab Episcopo Eistettensi sibi comparatum, confirmat. Dat. Viterbii VI. Id. (10.) Martii, Pontif. anno III.

. . . .

Diepoldus de Brenze et Dieboldus de Stroenburch coenobio Caesariensi tradunt bona sua omnia in Gunzenheim, quae Magister Ulricus Incisor Balistarius ab eis jure tenuit feodali. Testis: Degenhardus nobilis de Gundelvingen. Act. Ind. IX. (X.) VI. Id. (10.) Martii.

. . . .

Heinricus, Praepositus majoris ecclesiae Babenbergensis, Eberhardus Decanus, totumque capitulum consentit, quod Heinricus, piae memoriae miles de Monte, praedium filiae suae, dominae Hyselae de Crotenbach haereditarie relinquendum, dominabus Sanctae Mariae Magdalenae in Nuremberg contulerit. Act. II. Id. (14. Mart.).

Hartmannus, ecclesiae August. Episcopus, conventui in Caesarea committit ad decem annos Ulricum de Maemmingen et pueros ejus, sibi attinentes. Dat. II. Id. (14.) Marcii.

Annus.	Bavarica.
1267.	Clementis Papae IV. mandatum ad Decanum de Snatzse, Salzburg. Dioecoesis, pro audienda et terminanda causa monasterii Seonensis contra Obolum de Inspurck et consortes. Datum Viterbii Pontif. anno III. Id. (15.) Martii. (M. B. II. 137.)
1267.	Elica, Abbatissa Felicis Portae, a fratribus domus Theotonicae Sanctae Mariae in Nurenberc emit tertiam partem bonorum in Rurenhoven. Actu II. Idus (13.) Aprilis, die Euphemiae Virginis.
1267.	. . . .
1267.	Chunradus de Hohenvels possessiones, dictas Abbach, pro CCXX. libris Ratisponensium denariorum sibi obligatas, vendit Hospitali Sanctae Katharinae in pede pontis Ratisponae, pro LX. libris, et in recompensationem factae sibi gratiae ecclesiae Ratisponae tradit curiam in Reinoldeswinchel cum molendino, et curiam in Bircha, in qua residet villicus dicti Cunradi. Dat. Ratisponae III. Kal. Maii (29. April.). vid. *Ried* l. c. num. 518.
1267.	. . . .
1267.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Waltherus, Pincerna de Clingenburch, et Elisabet, uxor ejusdem, Imperialis aulae Ministeriales, claustro sanctimonialium in Engelthal, a domino Ulrico de Kungestein fundato, omne jus advocatiae remittunt. Datum V. Kal. Maii (27. April).
Eberhardus, miles de Honesheim, cum consensu domini sui, Ulrici nobilis de Hundhaim (Gundelfingen?), sanctimonialibus in Medingen confert agrum, situm ante claustrum. Acta VII. Id. (9) Maii.	
. . . .	Sancti Michaelis conventus in Babenberg Friderico, Abbati quondam resignato, praebendam ordinariam constituit ex vineis et agriculturis, penes ecclesiam S. Fidis, e manso Wazzerlos, (Weichenwasserlos, praef. Schesslitz) ex agris Chunradi de Halstat, ex oblatione in Staukendorf, e villis Erkenbrechtesrute et Windischenhauge (Eberhardsreut et Windischhaig praef Kulmb.), ab Ottone Duce Meraniae et Beatrice conjuge traditis, ex agris Heinrici Sclavi, e prato in Durflin (Dörfleins praef. Bamberg) et area denique et stuba balnearia in Arena (im Sand, Bambergae). Act. XI. Kal. Junii (22. Maii.), Ind X.

Annus.	Bavarica.
1267.	Frater Guido, tituli Sancti Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis, Apostolicae Sedis Legatus, (*concilium in Wienna celebrans*) monasterio Sancti Emmerami, in medio nationis perversae sito et per guerras et incendia desolato, unit ecclesiam in Aufhusen. Dat. Viennae X. Kal. Junii (23. Maii). Pontif. anno III. (Leo Episcopus Ratisponensis praesente Domino Friderico I. tunc Abbate Sancti Emmerami, confirmat. Dat. VII. Kal. Julii (25. Junii). vid. Lib. Prob. num. 91. 92. *Ried* l. c. num. 523.
1267.	. . . .
1267.	. . . .
1267.	. . . .
1267.	Berchterus de Uttendorf de possessionibus, dictis Seliten, a patre suo conventui in Raitenhaslach donatis, evictorem se praestat. Dat in vigilia Pentecosten (4. Junii). (M. B. III. 163).
1267.	Heinrico, Duce Bavariae confirmante, fidelis suus Heinricus de Rorbach cum ecclesia Indersdorfensi permutat curiam in Perchaeh, pro curia in Horde. Datum in Landshute pridie Non. (4.) Junii. (M. B. XIV. 156).
1267.	Chunradus, Frisingensis Episcopus, capellam in latere ecclesiae in Alhartshusen de novo constructam, et in honorem Sancti Salvatoris consecratam, eximit a potestate et jure parochialis ecclesiae in Alhartshusen, sub auctoritate Henrici Ducis. Datum in Landshute VIII. Id. (6.) Junii.
1267.	Anselmus, Abbas de Furstenvelt, Heinrico Praeposito de Chiemsee vendit praedium in villa Smidhaim pro IV. libris Monacensium denariorum. Datum VII. Id. (7.) Junii.
1267.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Clemens Papa IV. libertates, monasterio Sancti Benedicti in Heidenheim indultas, confirmat. Datum Viterbii V. Kal. Junii, (28 Maii.) Pontif. anno III.
. . . .	(Ejusdem tenoris charta, data Viterbii, Idibus (13) Junii.)
. . . .	Ludewicus, dictus Coler, civis in Selegenstat, Cisterciensis ordinis ecclesiae in Patenhusen confert omnia bona sua in Husen (praef. Orb.). Dat. mense Mayo.
. . . .	Bertholdus, Babenbergensis Episcopus, omnia feoda Friderici Burggravii de Nuremberg, ab ecclesia Babenbergensi obtenta, post mortem suam Elisabethae uxori ejusdem, ad vitae tempus, et Mariae filiae defeodat, excepto tantummodo Roth. Dat. Babenberg in die Sancti Viti (15. Junii.). vid. v. *Falkenstein* l. c. S. 67. n. 58. *Oetter*, II. Versuch. S. 536.

Annus.	Bavarica.
1267.	Leonis, Ratisponensis Episcopi, pro omnibus, qui ad fabricam ecclesiae in Hellering eleemosinas erogaverint, indulgantiae. Datum Ratisponae XV. Kal. Julii (17. Jun.).
1267.	Idem, Ulscalco militi de Graevelchoven oppignorat curiam in Waiblinge et tabernam in Pilsting. Testes: Marquardus, Judex de Teyspach et caeteri Castellani ibidem. Act. et dat. apud Pilsting, VIII. Kal. Julii (24. Jun.). vid. *Ried* l. c. num. 522.
1267.	. . . .
1267.	Idem, permutat cum Chunrado de Hohenvels proprietatem duarum curiarum in Haselbach, pro duabus curiis in Setperch, et pro curia in Pirchach apud Schoenenberg (Schönberg), Chunradus autem de Hohenvels dictas curias in Haselbach vendit Rudgero militi, dicto de Isingen. Actum Ratisponae ante altare beati Petri, III. Kal. Julii (29. Jun.). vid. *Ried* l. c. num. 524.
1267.	Idem, Henrico de Ergoltspach XII. libras denariorum Ratisponensium, pro dote uxoris super huba in Essenbach confirmatas, ex aliis reditibus in Hofmarchia Episcopi Ergoltspach ordinat. Datum Kal. (1.) Julii. vid. *Ried* l. c. n. 525.
1267.	. . . .
1267.	Alhedis, Relicta domini Wulvingi de Hugelsingen, tradit ecclesiae Domini Salvatoris in Bollingen hubam apud Maisach. Acta pridie Nonas (6.) Julii.
1267.	Leo, Ratisponensis Episcopus, Altmanno, Comiti de Rotenekke, Ratisponensis ecclesiae Praeposito, ad vitae tempus concedit possessiones in Gekking et Stoubing (Gecking, et Staubing prope Kelheim), quas ipse a nobili viro, Wernhero de Prunne, pro XL. libris denariorum Ratisponensium absolvit, Praepositus contra, consensu nobilium virorum fratrum suorum, Minhardi et Gebhardi, Comitum de Rotenecke, nec non Heinrici, Canonici Ratisponensis, et Minhardi, dicti Minhardi filiorum,

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Clemens Papa IV. Sanctae Walburgis monasterii Abbatissae (in Eichstaedt), et ecclesiae in Dietfurt, Eistettensis dioecesis suique patronatus, concedit ut proventus suos in usus proprios convertant. Datum Viterbii V. Kal. Julii (27. Junii). Pontif. anno III.
. . . .	Coram Hermanno, Comite de Hennenberch, Heinricus, Ludewicus et Engelhardus, fratres, dicti Schottones, resignant ad manus Comitis Ludewici de Oetingen decimas in Wolfesdorf et Waldenstat (Wallenstat, praef. Lichtenfels). Act. III. Non. (5.) Julii.

Annus.	Bavarica.
	ecclesiae Ratisponensi cedit montem suum juxta Weltenburch, super Danubio, dictum Purchstal, cum silva. Datum Ratisponae V. Id. (11.) Julii. vid. *Ried* l. c. num. 526.
1267.	Albertus (de Porta), Magister civium et universitas Ratisponensis, confratribus Eremitis, ordinis beati Augustini, confert capellam Domini nostri, in ponte Judaeorum sitam. Act. et dat. Ratisponae, VI. Kal. Augusti (27. Jul.).
1267.	Idem subjungit legem de terminis dictae capellae non protendendis. Eodem.
1267.	Leo, Ratisponensis Episcopus, a Chunrado de Hohenvels de possessionibus suis in Altetanne (Altentann infra Donaustauf), Schopfloch et Oflo, quod Ceidelamte nuncupatur, pro ducentis et viginti libris denariorum Ratisponensium infeodatis, duas hubas et dimidiam in Schopfloch pro sex libris recipit. Datum Ratisponae V. Kal. Augusti (28. Julii). vid. *Ried* l. c. num. 527.
1267.	Engelperti, ordinis Sancti Augustini per Regnum Alemanniae Provincialis, et Friderici, Prioris domus Ratisponae, reversales de aedificiis coenobii in capella ad pontem Judaeorum ultra assignatos terminos non protendendis. Acta III. Kal. Augusti (30. Jul.).
1267.	. . . .
1267.	Heinricus, Palatinus Comes Rheni, Dux Bavariae, monasterio Raitenhaslacensi impertit privilegium de non evocando homines, nec pignora capessando ab iisdem. Dat. in Burchhusa, in vigilia beati Laurentii Martyris (9. Aug.). (Renovatum 1271. Idus (15.) Maii.) (M. B. III. 163).
1267.	Idem confirmat monasterio Rotae decimas de Rosenhaim. Dat. et act. apud Rot. II. Id. (12.) Augusti. (M. B. I. 400.).
1267.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Coram Ottone, majoris ecclesiae Custode, tamquam judice ordinario, a Capitulo constituto, Heinricus de Lintwrm, filius Rudegeri Monetarii, dicti de Swinfurthe, vineis in Thungersheim, Petrissae Abbatissae in Coeliporta pro dote trium Heinrici sororum assignatis, sed hucusque a se impetitis, nunc jam renunciat. Acta Kal. (1.) Augusti, Ind. X. in Palatio.
Heinricus, miles de Hunsperch, cum Rege Chunrado in Apuliam tendens, monachis Sanctae Mariae in Caesarea tradit	

Annus.	Bavarica.
1267.	Heinrici, Comitis Palatini Rheni, Ducis Bavariae, consensu, Willhelmus de Cirberch, Ministerialis suus, divinis servitiis se mancipans, Hermanno, Abbati Altahensi (Niederaltaich), delegat haereditatem suam in Cirberch, in Aw et in Sueinpach. Actum apud Chamb IV. Id. (10.) Septembris. (M. B. XI. 241.).
1267.	Chuonradi Frisingensis Episcopi consensu Sighardus Dapifer, Ministerialis suus, conventui in Scheftlarn vendit IV. hubas in Pigarten, et beneficium unum ibidem. Acta pridie Id. (12) Septembris.
1267	Lodwicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, uxori Hainrici Priwonis ejusque filiabus successionem in feuda adfirmat. Datum Partenchirchen, proxima dominica post festum beati Michaelis (2. Oct.). (M. B. IX. 99).
1267.	Hilteprandus, Eistettensis Episcopus, decimam apud Niedernpefenspach, Ulrico de Solzburch infeudatam, et Sibotoni de Pefenspach subinfeudatam, confert monasterio Felicis portae. Dat. et act Eistet. V. Id. (11.) Octobris, Pontif. anno VI.
1267.	Heinricus, Palatinus Comes Rheni, Dux Bawarie, Alberti Comitis de Bogen successor, juri patronatus ecclesiarum in Chuncelle, Haselbach, et Leutzendorf, erga Popponem Abbatem de Superiori Altah renunciat. Datum in Landowe IX. Kal. Novembris (24. Oct.). (M. B. XII. 128.).
1267.	Frisingense Capitulum Ulrico Saxoni tradit curiam in Harthusen (praef. Schwaben) et praedium ibidem pro X. solidorum annuo censu. Datum Frisingae in die Sanctae Caeciliae (22. Nov.).
1267.	. . . .
1267.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
curiam suam in Pernharteshusen. Factum proxima dominica post Bartholomei (28. Aug.).	
. . . .	Bertholdus, Herbipolensis Episcopus, pignora pro se per Decanum et Capitulum Babenbergense exhibita, et in partem dimidiam jam liberata, quoad residuam partem L. librarum Hallensium in festo Walpurgis absolvere promittit. Dat. Herbipoli IV. Non. (2.) Decembris. Pontif. anno I.
. . . .	Fridericus de Streitberch coram Heinrico de Marusteine, Vicedecano Babenbergensi, resignat jus suum super LXXIX. agris, spectantibus ad villam Gastoldestorf (Gasselsdorf, praef. Ebermannstadt). Dat. Sabbato proximo post Andreae. (3. Dec.).

Annus.	Bavarica.
1267.	. . . .
1267.	. . . .
1267.	Eberhardus, Augiensis Praepositus, super decimis in Mitterngarz disponit. (M. B. I. 227.)
1267.	Otto de Werde Sancto Petro in Münster (Münchsmünster) delegat quandam curiam, sitam in Amelbrechtesmunster. Datum Münster.
1267. circiter.	. . . .
1267. circiter.	. . . .
1267. circiter.	Ranshovensis monasterii literae supplices ad Papam Clementem IV. contra Ducem Heinricum. (M. B. III. 334).
1267.	. . . .

Alemanica.

Ulricus de Münstern coenobio Caesariensi resignat quoddam piscarium, quod vulgariter dicitur Vischinze, in Molburch, a nobili Ulrico de Gundolvingen jure feodi obtentum. Acta Ind. VIIII. (XI.) XIX. Kal. Januarii (14. Dec.).

Bertholdus de Hohenstein (Hohenburg?), majorennis factus, venditam a matre sua villam Stetten ratam habet. Testis: Dom. Albertus Judex in Logingen.

. . . .

Ulricus junior de Mur, sub consensu patris sui Ulrici de Mur, Trutwino, Abbati de Caesarea, vendit bona sua in Hundern et curiam quandam, a Friderico Burcgravio de Nürnberc titulo feodali obtentam.

. . . .

F r a n c o n i c a.

Ludewicus, Comes de Othyngen, pro anniversario Cunradi, quondam fratris sui, et tamquam tutor filiorum ejusdem, Ludewici et Conradi Comitum, Lancheimensi monasterio adpropriat decimas mediae partis in Wolvenstorph (Wolfsdorf), sibi ab Wilhelmo de Wustenrode, et reliquae mediae partis cum totali decima in Waldenstat, (Wallenstadt) a Schottonibus sibi resignatas.

Frater Albertus, Ratisponensis quondam Episcopus, caeterique arbitri, lites componunt inter fratres Hospitalis Sancti Johannis Herbipoli et Marquardum, dictum Crusonem, militem, debitorem Hospitalis.

Annus.	Bavarica.
1268.	Leo, Ratisponensis Episcopus, partem terrae modicam, quae per alluvionem praediis ecclesiae in insula prope Stouf accreverat, a fratre Wolframo, Procuratore suo, filio ejus Ottoni ad runcandam collatam, eidem ad censum concedit. Actum Non. (5.) Januarii. vid. *Ried* l. c. num. 528.
1268.	Heinricus Dux pacta sponsalitia inter Chunegundem, Al. de Halse filiam, et Henricum de Horbach, confirmat. Dat. in Straubingen, pridie Idus (12.) Januarii.
1268.	Fridericus, Abbas Sancti Emmerami in Ratispona, secundum judicium Alberti de Sewen, Apostolicae Sedis Judicis delegati, Praeposito in Pfaffenwerden (Herrenchiemsee) cedit praediis quibusdam contentiosis in Chizzing pro V. libris Ratisponensis monetae. Datum in die beatae Agnetis Martyris (21. Jan.).
1268.	. . . .
1268.	Leo, Ratisponensis Episcopus, definit controversias inter Abbatem Monasteriensem (Münchmünster) ex una, et Fridricum Tumbrich, Laicum, ex altera parte, super quadam curia in Tollingen. Acta in capella Sancti Jacobi, sabbato proximo ante purificationem S. M. V. (28. Jan.).
1268.	. . . .
1268.	Heinricus, Dux Bavariae, ecclesiae Oettingensi donat decimas granarii omnium proventuum suorum de officio in Chraiburch. Dat. in Landeshut III. Kal. Februarii (30. Jan.).
1268.	Lodwicus, Dux Bavariae, Abbatissae in Chiemsee concedit liberum commeatum victualium, per aquam vel per terram ante Ratinberch transeuntium. Dat. apud Wolfrathausen pridie Non. (4.) Februarii.

Alemanica.	Franconica.

Lindaugensium sororum conventus ordinatio, ut sorores, lepra infectae, honesto loco ab arca sequestrentur. Actum et datum XII. Kal. Februarii (21. Jan).

. . . .

Adelheida et Petrissa, filiae Cunradi quondam de Solzburg, cum consensu maritorum, Heinrici scilicet et Hilteboldi, Domini Heinrici de Lapide filiorum, Rudolfo, Hailsbrunnensi Abbati, vendunt castrum Burgelin (Bürglein, praef. Heilsbronn) cum fossato et bonis in villa Burgelin, Bellingesdorf, Godmuzeldorf, Kaphesdorf, cum curia in Sweichusen et domo in Urach. Dat. apud castrum in Solzbac sabbato post conversionem Sancti Pauli (28. Jan.) Ind. XI. Sigillatores: Fridericus, Burggravius de Nurenberg. Heinricus de Lapide senior. Heinricus de Absberch. Testis: Hermannus, Officialis de Burgelin.

Annus.	Bavarica.
1268.	Leo, Ratisponensis Episcopus, feuda paterna viri nobilis Chunradi de Horbach, castra scilicet apud Dyerberch et Warte, curiam in Fueterdorf, IX. hubas in Steinberge, forum in Muenihdorf (Münchdorf, praef. Landshut), curiam in Güntzenhoven (Giukofen), XVI. domus decimales ibidem, curiam in Pferra, unum Gehay apud Ah, confert nobili Alberto de Halse et filiae ejus Kunegundi, dicto Cunrado nuptae. Datum et actum Non. (5) Februarii.
1268.	Otto de Pairprunnen Sighardo Sendlingerio, civi Monacensi, vendit curiam suam in Obernsendlingen et Talkirchen. Actum et datum Monaci VII. Id. (7.) Februarii. (M. B. XVIII. 1.).
1268.	Ulricus Praepositus et ecclesia S. Mariae in Undisdorf monasterio Rottensi tradit curiam suam in villa Rot, pro praediis sive hubis in Alsternzage. Acta Ind. X. (XI.) XIV. Kal. Martii (16. Feb.). (M. B. I. 401.).
1268.	. . . .
1268.	. . . .
1268.	Chunradus, Abbas Rottensis, cedit dictis praediis in Alsternzagel. Act. Ind. X. (XI.) IV. Kal. Martii (26. Feb.).
1268.	Conradus, Frisingensis Episcopus, Heinrico, dicto Gaizzaher, confert beneficium sive mansum unum in Elnpach (Elpach, praef. Tölz) et beneficium in Gaizzah (Gaissach). Datum Frisingae, pridie Kal. Martii (28. Feb.). (*Meichelbeck* l. c. II. Instr. 97. 2)
1268.	Eberhardus (Gebehardus) Comes de Hirzenperch, conventui de Ensdorf confert hubas duas in Bonetingen (Poneting) pro bonis Ensdorfensibus in Stokez et Melhinbach. Dat. apud Castellum, feria quarta post Invocavit (29 Feb.). (M. B. XXIV. 48.).
1268.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
Haertnidus nobilis de Lierhaim ecclesiae Caesariensi confert bona Hartmanni Winmanni in Moetingen. Acta X. Kal. Martii (20. Feb.).	
. . . .	Rupertus miles, dictus de Hertenstein, cum religiosis foeminis in Engelthal permutat jus patronatus in Eschenbach et praedia quaedam, pro jure Advocatiae. Acta in Vilsegge, in stupa Ulschala, feria quarta in capite Iejunii (21. Feb.).
Ulricus, nobilis de Gundelfingen, hubam in Mergesilingen a vasallo suo	

Annus.	Bavarica.
1268.	. . . .
1268.	Sophia, Domini Alberti de Pernstain Vidua, renunciat bonis in Cyrberch, Schweinpach, Aw et Waldmaning. Datum Pataviae Id. (15) Martii. Sigillator: Ulricus Judex Pataviensis civitatis.
1268.	Lodwicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bawarie, patris sui privilegium, de anno MCCXXXV, super libertate ecclesiae in Chuebach, confirmat. Actum et datum apud Wolfrathusen, XVI. Kal. Aprilis (17. Mart.). (M. B XI. 535.).
1268.	. . . .
1268.	. . . .
1268.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
Sifrido de Mergesilingen, dicto Stulfus, sibi resignatam, proprietatis jure sanctimonialibus in Medingen offert. Acta III. Non. (5.) Marcii.	
. . . .	Capitulum Sancti Jacobi Babenbergae, ex delegatione Apostolica in causa capituli Onolabacensis contra Albertum de Hohenloch et Gotfridum, filium ipsius, ob injurias, capitulo illatas, judicem constituit Ulricum, Custodem Herriedensem. Dat Babenbergae III. Id. (13.) Martii.
Rudhart, Comes de Graifespech, conventui sororum in Medingen jure proprietatis transfert praedium in Mittelheim, a vasallo suo, Sifrido de Merisilingen, sibi resignatum. Acta XVI. Kal. Aprilis (17. Mart.)	
. . . .	Praesente Domino suo Hermanno, Comite de Castele. Lugardis, filia Friderici, militis dicti Schenstap de Wisentheide, vidua Alberti militis Curlen, domui Hospitalis Sancti Johannis in Wirceburc donat bona sua in villa Rudenhusen, ex haereditate paterna, et bona in villa Mennenheim, ex donatione mariti ad ipsam devoluta. Testis: Cunradus Leimgrube, Magister domus Hospitalis. Datum IX. Kal. Aprilis (24. Mart.). Ind XI.
. . . .	Hermannus Comes junior de Castele, et uxor sua Sophia, Domino Nicolao Abbati Ebracensi ob debitorum gravamen vendunt bona sua in Schalkevelt (Schallfeld), maldro quolibet siliginis pro marca argenti computato. Acta VII Kal. Aprilis (26. Mart.).

Annus.	Bavarica.
1268.	. . . .
1268.	Cunradus Episcopus Frisingensis et Capitulum de hominum suorum liberis connubiis conveniunt. Datum Frisingae IV. Kal. Aprilis (29. Mart.). vid. *Meichelbeck* l. c. II. Instr. 95. *Lünig* Spic. Eccl. II. 236. *Hund* l. c. I. 167.
1268.	Clemens Papa IV. confirmat monasterii in Sewen privilegia, super ecclesiis parochialibus in Obing et capella in Ischil. Datum Viterbii II. Non. Aprilis (4. April).
1268.	Pactum inter Albertum de Brukberg et monasterium Wezzobrunense de dividenda prole fidelium suorum. Testis: Vlirey de Pfetin, miles. Actum VI. Id. (8.) Aprilis.
1268.	. . . .
1268.	. . . .
1268.	Ludowicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bawariae, controversias suas cum Episcopo Ratisponensi, Leone, terminandas in arbitros committit, praesidente Archiepiscopo Salzburgensi Wladislao. Datum Ratisponae VIII. Kal. Maii, (24. April). vid. *Ried* l. c. num. 529.

Alemanica.	Franconica.
Adelhaidis, Relicta Marquardi, militis Relenchelini, consensu domini sui Ulrici, nobilis Senioris de Gundolvingen, coenobio Kaysheimensi possidendam tradit suam et puerorum curiam in Maedelingen. Act. VII. Kal. Aprilis (16. Mart.).	
. . . .	O... de Lodeburch, Custos Herbipolensis, judex delegatus, per Decanum in Zenne Burchardum de Lerpur, Billungum, Scultetum de Onolspach et Cunradum filium ipsius, fidejussores pro Alberto de Hohenloch et Gotfrido filio, ad solvendum capitulo Onolsbacensi debitas C.C. libras Hallenses compellat. Dat. Herbipoli XII. Kal. Maii (20. April).
. . . .	Coram Bertholdo, Babenbergensi Episcopo, Burchardus, civis Babenbergensis, cum consensu Ottonis de Schonenbrunne, Hospitali Sanctae Katharinae in Babenberg donat agros suos apud Grunenrode (Grünreuth, prope Bamberg) cum horto. Dat. Babenberg VIII. Kal. Maii (24. April).

Annus.	B a v a r i c a.
1268.	Chunradus, Frisingensis Episcopus, monasterio Schyrensi tradit vacaritiam seu swaigam in Chitenprunn, a Rudolfo de Waldekke, milite, resignatam. Datum Frisingae V. Kal. Maii (27. April.). (M. B. X. 477.).
1268.	. . . .
1268.	. . . .
1268.	Calhohus de Valchenstain turrem suam in Ranaridl relinquit Petro Episcopo Pataviensi, ad triennium possidendam. Act. Pataviae V. Non. (3.) Maii.
1268.	Hadmarus de Labir conventui Dominarum in Bulnhoven vendit praedium suum in Altmannshof pro XVI. libris Ratisponensis monetae. Actum in Laber V. Non. (3.) Maii.
1268.	Ulricus de Tannberch et Rugerus de Haichenpach Episcopo Pataviensi obligant castrum in Haichenpach. (Austriae super.). Act. Pataviae III. Non. (5.) Maii.
1268.	Hainricus, Comes Palatinus, Dux Bawariae, Alhardo de Saulberch reddit castrum Saulberch, prius ob injurias ab ipso illatas in potestatem Ducis et Episcopi Leonis redactum, et fidejussores ejusdem pro ducentis libris, ne stratam publicam aut districtus Ducis vel Episcopi spoliet, recipit. Datum Ratisponae Non. (7.) Maii. vid. *Ried* l. c. num. 531.
1268.	Leo, Episcopus Ratisponensis, cum Alhardo de Saulberch factas injurias ita componit, ut Alhardus confoederatos ecclesiae, Muntlent appellatos, libere dimittat, pro aliisque damnis, secundum Ottonis, militis de Straubinga, Heinrici Ducis Bawariae Procuratoris, et Gozwini Walleri, militis, et fratris Wolframi Procuratoris, arbitrium, satisfaciat. Dat. Ratisponae Non. (7.) Maii. vid. *Ried* l. c. num. 530.

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Johannes, Abbas Sancti Jacobi Scotorum, ordinis Sancti Benedicti, pro liberando confratres suos a gravibus expensis in visitatione, per Dominum Abbatem Ratisponensem facienda, visitationes istas in posterum a solo Herbipolensi Episcopo habitum iri procurat, Testes: Fridericus ad Sanctum Burchardum, Heinricus ad Sanctum Stephanum Abbates. Actum Kal. (1.) Maii.
Clemens Papa IV. confirmat incorporationem ecclesiae de Stein, Augustensis dioecesis, ab Episcopo Augustensi pro monasterio Caesariensi peractam. Datum Viterbii VI. Non. (2.) Maii, Pontif. anno IV.	

Annus.	Bavarica.
1268.	. . . .
1268.	. . . .
1268.	. . . .
1268.	. . . .
1268.	Chunradus, Episcopus Frisingensis, Abbati Sancti Emmerami jus patronatus in capella Münster (prope München) confirmat. Datum Frisingae VII. Kal. Junii (26. Maii.).
1268	. . . .
1268.	. . . .
1268.	Transactio inter Ortolfum de Weng et conventum de Alderspach, super diversis gravaminibus. Act. III. Id. (11.) Junii in Alderspach, sub tilia (M. B. V. 381.).
1268.	Coram Leone, Ratisponensi Episcopo, Rudigerus, perpetuus Vicarius de Hembovr, profitetur, se minutas decimas parochiae Hembur ab Abbate Pruveningensi ad vitae tantum tempus tenere. Acta Ratisponae, sabbato proximo post festum Viti (16. Junii.).

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Bertholdus, Babenbergensis Episcopus, affini suo, Friderico Comiti de Truhendingen, pro C C C. libris denariorum Babenbergensis monetae vendit praedium capituli sui in Steinberch (praef. Leutershausen), eidem ex aliis redditibus infra septa Babenbergensis civitatis compensatum. Act. apud Babenberg Non. (7.) Maii.
. . . .	Ulricus, Custos ecclesiae Herriedensis, judex subdelegatus, sententiam capituli Herbipolensis, sede vacante, in causa capituli de Onolspach ac Alberti et Gotfridi de Hohenloch, pronunciat. Dat. in claustro ecclesiae Onolsbacensis, proxima quarta feria ante dominicam Vocem Jucunditatis (9. Maii).
. . . .	Hiltbrandus, Eistettensis Episcopus, cum conventu in Engelthal, Eistettensis dioecesis, permutat jus patronatus ecclesiae in Ovenhuson, pro jure patronatus in Eschenbach. Datum Eistet. V. Id. (11.) May. Pontif. anno X. vid. v. *Falkenstein* Cod. dipl. Nordg. n. 54. p. 57.
. . . .	Bertholdus, Babenbergensis Episcopus, permutat cum capitulo suo bona in Steinberg, pro molendinis et cubiculis pontis Babenbergensis, cum usu lignorum de foresto Hutsmor (Hautsmor) cui, si quid deficere videatur, suppleant bona in Staphelsteine a Kunemundo de Lichtenfels comparata. Dat. et act. Babenberg pridie Id. (14.) Maii.
. . . .	Clemens Papa IV. monasterii Eberacensis libertates confirmat. Dat. Viterbii V. Id (9.) Junii, Pontif. anno IV.
. . . .	Itidem monasterii Sancti Michaelis Babenbergae. Eodem.

Annus.	Bavarica.
1268.	Conradus Abbas et Conventus in Rot, ad instantiam Herwici, Prioris domus Praedicatorum in Ratispona, Domino Wolfgango de Schirlinge vendit jus proprietatis in septem areis Ratisponae, in domo nova Karoli Thelonearii, pro V. marcis argenti. Acta in Claustro Rot. VI. Kal. Julii (26. Junii).
1268.	Fridericus, Abbas Sancti Emmerami, Heinrico, cognominato Hobel de Oberndorf, runcandum concedit montem suum Hoehenberch, in villa Gundelshausen (prope Kelheim). Acta in die Sancti Leonis Papae (28. Junii).
1268.	. . . .
1268.	Bruno, Brixinensis Episcopus, honorabili foeminae Alheidi, filiae sororis Bernoldi de Asch, pro stiura copulae maritalis assignat mansum ecclesiae suae, situm in villa Winchel. Testis: Eberhardus Comes de Kirchberg. Dat. in Amras, in die divisionis Apostolorum (15. Julii).
1268.	. . . .
1268.	. . . .
1268.	Leo, Episcopus Ratisponensis, liberos ex Juta, filia cellarii sui in Hohenburch, cum Ottone de Waichaeren, homine Ortolfi de Staeringe, procreandos, inter Episcopum et Ortolfum aequaliter esse dividuudos, agnoscit. Datum in Eberspeunt XIII. Kal. Augusti (21. Julii). vid. *Ried* l. c. num. 532.
1268.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Heinricus, Misnensis et Orientalis Marchio, Landgravius Thuringiae et Saxoniae Comes Palatinus, ecclesiae Babenbergensi cedit ministerialem suum, Erenfridum de Sconenowe, filium domini Erenfridi. Testes: H... Comes de Hennenberc. H... Burchgravius de Novo Castro. M... nobilis de Wizzenburc. Actum et datum Suselitz pridie Kal. Julii (30. Junii).
. . . .	Fridericus de Hohenberg, Portenarius et Canonicus majoris ecclesiae Herbipolensis, ad vicariam beati Kyliani, a domino Luitfrido sacerdote fundatam, tradit decem jugera agrorum in Steinhauch (Steinach), pro decem jugeribus in Gruben. Datum proxima feria quarta ante festum beatae Mariae Magdalenae (18. Julii).
. . . .	Otto, nobilis de Eberstein, fratribus Sanctae domus Hospitalis Jerosolimitani in Alemania donat jus patronatus ecclesiae in Crutheim, Herbipolensis dioeceseos. Acta apud Eberstein XIII. Kal. Augusti (20. Julii). Datum eodem.
Ludwicus, Comes de Ottingen, conventui sororum in Medingen jure pro-	

Annus.	Bavarica.
1268.	Coram Petro, Pataviensi Episcopo, Wilburga, uxor olim Alberti de Bernstein et germana Wilhelmi de Cirberch, renunciat praediis in Cirberch, Aw, Schweinbach et Waltmaning, a fratre suo Altahensi ecclesiae oblatis. Datum Pataviae II. Non. (4.) Augusti.
1268.	. . . .
1268.	Leo, Ratisponensis Episcopus, ratum habet, quidquid per dominum Henricum, Ducem, actum fuerit pro ecclesia superioris Altach, de jure patronatus trium ecclesiarum in Chuncelle, Haselbach, et Leutzendorf. Datum Ratispone III. Non. (3.) Septembris. (M. B. XII. 129.).
1268.	. . . .
1268.	. . . .

Alemanica.	Franconica.

prietatis confert bona in villa Mergeselingen, a vasallo suo, Sifrido de Mergeselingen, sibi resignata. Datum mense Julio.

Friderici, Sanctae Crucis Abbatis in Werdea, arbitrium in causa T... Abbatis de Caesarea et Machtildis, relictae Cunradi, molendinatoris de Stain. Act. in Stain, Ind. XI. VII. Kal. Septembris (26. Aug.).

Cunradus Blaser, civis Lindaugensis, Abbatissae conventus sororum an dem Stege donat vineam in insula Gaisonis unam, alteram sub Eschach sitam. Acta coram Ulrico Ministro et consulibus civitatis Lindaugensis. VIII. Id. (7) Septembris.

. . . .

Hermannus, Comes de Hennenberg, Bertholdo, Babenbergensi Episcopo, vendit Castrum Liebenburch (praef. Lichtenfels), ab ipso apud Brunne aedificatum, cum omnibus pertinentiis apud Brunne, Ebilsvelt, (Ebensfeld) &c., pro DCL. libris denariorum Babenbergensis vel Choburgensis monetae, ea sub lege, ut castrum, Iringo et Dietrico, fratribus de Chunstat, extradendum, per eos post festum beati Andreae Apostoli destruetur. Dat. et act. apud Eberhartstorf, in die nativitatis beatae Virginis (8. Sept.).

Annus.	Bavarica.
1268.	Hartmannus, ecclesiae Augustanae Episcopus, monasterio Diessensi tradit ecclesiam in Braitenbrunn, quoad jus patronatus ab avunculo suo, Ludovico Comite Palatino Rheni et Duce Bawariae, coenobio praefato pridem concessam. Actum et datum Augustae III. Id. (11.) Septembris.
1268.	Elizabeth Zachalmina conventui Sanctae Mariae in Pataria donat modium tritici in Zwelvelingen. Dat. XIV. Kal. Octobris (18. Sept.).
1268.	Chunradus, Frisingensis Episcopus, liberos ex homine capituli, Hermanno dicto Muldorfer, et Chunegundi, famula ecclesiae Sancti Andreae, procreandos, aequaliter dividundos esse testatur. Datum Frisingae XIII. Kal. Octobris (19. Sept.).
1268.	Clemens Papa IV. ad Abbatem ..... monasterii Pruelensis, ut bona monasterii Pruefingen. illicite alienata vel distracta, revocari procuret. Datum Viterbii VIII. Kal. Octobris (24. Sept.). Pontif. anno IV. (M. B. XIII. 219.).
1268.	Leo, Ratisponensis Episcopus, cum Ulrico de Abensperg de pueris, ex Heinrico de Harde et uxore sua, Ulrici de Widenhuol, militis de Hehenburch filia, procreatis, aequaliter dividundis paciscitur. Datum Ratisponae pridie Kal. Octobris (30. Sept.). vid. *Ried* l. c. num. 533.
1268.	. . . .
1268.	Chunradus, Frisingensis Episcopus, Domino Chunrado de Haldenberch militi, et Sifrido, Dapifero de Chunnental, genero illius, donat propter nuptias LX. libras Monacensis monetae. Datum Frisingae Non. (7.) Octobris.
1268.	Heinrici, Ducis Bavariae, sententia, ut Otto, filius Ortolfi de Morspach, castrum patris, per vim occupatum, pro C.C. libris eidem restituat. Dat. in Vilshoven VII. Id. (9.) Octobris.
1268.	Hiltebrandi, Aichstetensis Episcopi, indulgentiae pro ecclesia Pollingensi. Datum apud Pollingen VI. Id. (10.) Octobris.
1268.	. . . .

Alemanica.	Franconica.

Clementis Papae IV. mandatum ad Abbatem de Ahusen, pro revocandis bonis alienatis monasterii in Roggenburg. Dat. Viterbii V. Non. (3.) Octobris. Pontif anno IV.

Hartmanni, Augustensis Episcopi, consensu, Helembertus, Rector ecclesiae

Annus.	Bavarica.
1268.	Rapoto, Comes de Ortenberg, Ludovico Duci partem suam in castro Murach ad duos annos obligat pro triginta libris denariorum Ratisponensium. Datum Ratisponae IV. Id. (12.) Octobris.
1268.	Wlodizlaus, Salisburgensis Archiepiscopus, confirmat fundationem Praepositurae Otingensis ecclesiae, a Domino Ludovico Duce Bavariae quondam factam, nec non incorporationem parochiarum Parchirchen et Mutling. Acta Ind. XI. Dat. Salzburg XVII. Kal. Novembris (16. Oct.). vid. *Hund* l. c. III. 63.
1268.	Cunradus, Frisingensis, et Hartmannus, Augustensis, Episcopi, paciscuntur de mutuis connubiis hominum suorum. Acta X. Kal. Novembris (23. Oct.).
1268.	Ulricus et Eberhartus, fratres de Stirzellerus, Chunrado de Franchenberg, Virginis Sanctae Mariae feudali in Spainshart, donant feudum sive curiam suam Tumpach. Dat. Id. (13.) Novembris.
1268.	Leonis, Ratisponensis Episcopi, castigatio in Ortliebum, Plebanum in Chirchdorf, Ratisponensis ecclesiae patronatus, ecclesiae bona dilapidantem, sacramenta pactis illicitis exhibentem, et concubinam publice tenentem. Script. in Hohenburch XVII. Kal. Decembris (15. Nov.).
1268.	Idem, Heinricum Plebanum quondam de Ottringen ob defectum in natalibus, et alias causas ex honestate reticendas, removet, ex mera tamen gratia cum alio quodam beneficio providendum. Actum Ratisponae, in vigilia beati Nicolai (5. Dec.). vid. *Ried* l. c. num. 534.
1268.	Ludovicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, recognoscit libertatem et jurisdictionem Dominarum in Hohenwart. Datum Dachawe VI. Id. (8.) Decembris. (M.B. XVIII. 503)
1268.	Otto de Waldekke curiam et hubam in Hushaim, ab ecclesia Frisingensi titulo feudali quondam obtentam, offert monasterio in Slierse, assentiente Cunrado Episcopo Frisingensi. Datum Frisingae XVII. Kal. Januarii (16. Dec.).
1268.	Wernherus de Egelse Abbatissae in Buelnhoven vendit possessiones suas an dem Hove, et Gundelprechzhoven, et aream unam in Egelse. Acta in festo Sancti Thomae Apostoli (21. Dec.).

Alemanica.	Franconica.
in Truwesham, permutat cum fratribus de Caesarea curtile quoddam, situm juxta molendinum fratrum de Caesarea in villa Truwesham, pro quodam agro ibidem, doti ecclesiae in Truwesham applicando. Data apud Werdam V. Id. (11.) Octobris.	

Annus.	Bavarica.
1268.	. . . .
1268.	. . . .
1268.	. . . .
1268.	. . . .
1268.	Hermannus de Domo Teutonica Commendator commutat cum monasterio Waldsassensi decimas in villis Zletyn et Stodel, pro decimis in Vochenquelle et in Peuchelperge.
1268.	Ulricus, dictus de Abensperch, ecclesiae beati Emmerami donat curiam in villa Hanspach (praef. Mallersdorf). vid. Lib. Prob. num. 112.
1268.	Abbas Sancti Emmerami dimidiam hubam in Peising liberat ab impetita advocatia Schermpechii cujusdam, mediante quadam summa pecuniae, consentiente Ottone de Stein, et Ulrico, dicto de Abensperg, tamquam feodi dominis. vid. Lib. Prob. num 113.
1268.	Heinricus nobilis de Unchusen Cunrado, Abbati in Raitenhaslach, offert mansum suum in Unchusen.

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Rudolfus, Abbas in Halsbrunne, ex duobus mansis in Adelberndorf (Alberndorf, praef. Ansbach), monasterio jam a progenie collatis, alterum, qui Corrigia nuncupatur, ad vitae tempus confert Burchardo de Eschenbach. Dat. Ind. XI. Sigillator: Commendator in Eschenbach.
Heinricus, Magister Hospitalis Augustensis, Adelhaidi, Abbatissae de Schonenvelt, vendit praediolum quoddam in Haertishoven, pro XI. libris Augustensibus. Actum et datum Ind. XI.	
Fridericus de Hohenburch ecclesiae Caesariensi donat praedium quoddam in Althain, juxta fluvium, qui vulgo dicitur Zusma, ab Alberto milite de Haegnibach sibi resignatum. Acta Ind. XII.	
. . . .	Kunemundus de Lithenvels, dictus de Sunnenberch, pro recompensatione damnorum monasterio Sancti Michaelis in Babenberg resignat jus advocatiae in curte et in duobus mansis in Leitherbach, in quatuor mansis villae Puelssendorf, et curiae in Uzingin (Uetzing, omnes in praef. Lichtenfels).

Annus.	Bavarica.
1268.	Wulfingus, dictus de Schachen, ecclesiae in Alderspach tradit praedium suum in Ekenhaim pro praedio in Schachen. (M. B. V. 382.).
1269.	Ludovicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, ecclesiae Tegernseensi donat molendinum suum, situm in Grub, Mitternmul videlicet, pro anniversario Ottonis, illustris Comitis de Vallai. Act. et dat. apud Monacum III. Id. (11.) Januarii. (M. B. VI. 219).
1269	Fridericus de Rodanch Meinhardo et Adelprato, Goritiae et Tirolis Comitibus, offert in feudum castrum Rodench et montem ac lacum Clusae in Haslach, in quo monte ipsi Comites castrum, et in loco burgum erigere decrevere. Die XII. intrante Januario (12.) in Nova domo.
1269.	. . . .
1269.	Fridericus, Abbas Sancti Emmerami, novellam in Gundelshusen (prope Kelheim), runcatam ac runcandam, donat officio Obellariae. Dat. Ratisponae in die Sancti Felicis Presbyteri (14. Jan.).
1269.	Chunradus, filius Timonis, in bonis circa Aschach, a conventu Dominarum Sanctae Mariae in Patavia colono cuidam ad usum concessis, omni juris titulo destitutus declaratur. Dat. Pataviae, Priscae Virginis die (18. Jan.).
1269.	. . . .
1269.	. . . .
1269.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
Egelolfus, Nobilis et Senior de Lierheim, sororibus in Medingen confert jus proprietatis in praedio Hermansweiler. Actum in Medingen, in die Sancti Remigii Episcopi et confessoris (13. Jan.).	
. . . .	Bertholdus, Babenbergensis Episcopus, monasterio in Langheim adpropriat decimas in Waldenstatt (Wallenstatt), Rodendorf (Roth), Wolfstorf, Theluz, nec non bona in Mittewald, molendinum unum in Wizpremen (Waissbrem) et mansum unum in Wiesent (Wiesen) (cuncta haec in praef. Lichtenfels), emta quondam a Friderico Sculteto in Lichtenfels. Dat. Babenberc XIII. Kal. Februarii (20. Jan.).
. . . .	Bertoldus, Herbipolensis ecclesiae Decanus, Arnoldo militi, dicto Wolvolt, obligat curiam Walkenried Herbipoli, Episcopo Sambiensi ad dies vitae concessam. Actum VII. Kal. Februarii (26. Jan.).
. . . .	Eberhardus de Tundevelt Nicolao, Eberacensi Abbati, donat villam suam Hage (Hag, prope Geiselwind, praef. Iphofen). Acta VII. Kal. Martii (23. Feb.).

Annus.	Bavarica.
1269.	Fridericus et G. Landgravii de Luikenbere, coenobio monialium in Felici Porta cedunt decimam in Paissensbach, haetenus a Ruigerstorferio et haeredibus ejus jure feudali possessam. Dat. in Waldeeke VI. Kal. Martii (24. Feb.).
1269.	Durenhart de Berbach, et nepos ejus Albertus, Imperialis aulae ministeriales, monasterio Felicis Portae cedunt feodum quoddam et decimam in Peffensbach, ab illustribus Landgraviis de Luggenberge jure feudali ipsis concessum. Acta V. Kal. Martii (25. Feb.).
1269.	Othoearus, Boëmiae Rex, monasterio Waldsassensi liberam defensoris electionem concedit. Act. apud Pragam. Dat. ibidem per manus Magistri Petri, Praepositi Wissegradensis, Regni Cancellarii, III. Non. (5.) Martii. Testes: Jaroslaus, Burggravius Egrensis. Ulricus Burggravius Pragensis. Wilhelm, Burggravius de Phrimberch. Gallus, Pincerna Boëmiae, dictus Lewenberch. *Lünig.* Spec. Eccl. III. 260.
1269.	Heinricus, Dux Bavariae, ecclesiae de Raitenhaslach confirmat vini et frumenti liberum transitum in Purchusen et in Scherding. Dat. in Oetinge Non. (7.) Martii. (Renovatum sub novo Ducis sigillo 1271. Id. (15.) Maii).
1269.	Albertus, dictus Vürtaer, sanctimonialibus Sanctae Mariae in Niedernburg tradit praedium quoddam in Seidenreut (praef. Wegscheid) Act. X. Kal. Aprilis (23. Mart.).
1269.	. . . .
1269.	Coram Petro, Pataviensi Episcopo, Albertus de Furte ecclesiae Sanctae Mariae in Niedernburg donat beneficium in Seuderreut, a genero suo, Ulrico de Monte, sibi comparatum, cui Relicta Pornonis de Reut partem alii beneficii cujusdam superaddit Act. Patavise pridie Non. (4.) Aprilis.
1269.	Ortolfus de Morspach Petro Pataviensi Episcopo vendit castrum in Morspach pro quadringentis talentis denariorum Pataviensium, et ducentis talentis denariorum Wienensium. Act in Ebelsperch III. Id. (11) Aprilis. (Consensus filii Ortolfi; Dat in Sancto Hipolyto 1270. pridie Kal. Augusti (31. Julii). Similiter Juthae, filiae Ortolfi sen. in Anastetten. Anno eodem V. Kal. Maii (27 April).

Alemanica.	Franconica.
Walter de Vemingen novae plantationi sororum in Medelingen donat curiam suam propriam in Riethusen. Acta in Medelingen, in die annuntiationis B. V. M. (25. Mart.).	

Annus.	Bavarica.
1269.	. . . .
1269.	. . . .
1269.	. . . .
1269.	Wernhardus, Comes de Lowenberch, renunciat omni juri suo in praediis capituli Sanctae Mariae, Frisingensis ecclesiae, sitis in Sunleinsperch, Gukkleinsperch, Grub et Weisgreimshub, excepto jure advocatiae. Datum apud Lewenberch IV. Non. (4.) Maii. Testis: Albertus, Comitis Capellanus.
1269.	Heinricus, Decanus de Burchaim, coram sororibus ecclesiae de Schonfeldt Inferiori renunciat impetito juri in capellam Sancti Georii, sitam in Burkham. Testis: Hartmannus dictus de Laugengen, Capellanus. Acta in die sancto penthecostes (12. Maii) Ind. XII. (M. B. XVI. 275.).
1269.	. . . .
1269.	Bischoff Leo von Regensburg läſst den gefangenen jungen Konrad von Hohenvels ledig, gegen Verbürgung von Falkenstein, Segensberg und Schönberg, auf fünf Jahre Wiederlosung. Der Satz ist geschehen des nachsten Pfintztags nach Sant Urbanstag. (30. Maii). vid. *Ried* l. c. n. 536.

Alemanica.	Franconica.
Wernherus de Hoesteten ecclesiae Caesariensi confert omnia bona sua in Oedenliedeshain, et advocatiae jura in Hungerberge. Testes: Dominus Haeinricus de Turnecke. Act. et dat. in Hoesteten XV. Kal. Maii (17. April). Ind. XII.	
. . . .	Bertoldus Decanus, Manegoldus Praepositus in Houge, totumque Capitulum majoris ecclesiae Herbipolensis, Alberto de Dinkelspuhel, civi, appropriant curiam Goteboldi Linggen in Herbipoli. Actum et datum VI. Kal. Maii (26. April).
Haeinricus, miles de Hundespere, Caesariensis ecclesiae fratribus confert praedium suum in Bernharteshusen. Act. in Caesarea, in Sanctae Crucis inventione (3. Maii). Ind. XII.	
. . . .	Cunradi, Magdeburgensis Archiepiscopi, indulgentiae pro monasterio sanctimonialium Cisterciensis ordinis in Porta Coeli, Herbipolensis dioecesis, propter quotidianas guerras in Franconia valde attenuato. Datum Magdeburgi IV. Id. (12.) Maii. Pontif. Cunradi anno III.

Annus.	B a v a r i c a.
1269.	. . . .
1269.	. . . .
1269.	. . . .
1269.	. . . .
1269.	. . . .

Alemanica.

Chunradi, Elwangensis ecclesiae Abbatis, consensu, Bertholdus sacerdos commutat cum sororibus ordinis Praedicatorum apud Medelingen bona sua, apud Riethausen Superius sita, pro bonis earum apud Riethusen Inferius sitis Dat. apud Elwangen IV. Non. (2.) Junii.

Ulricus, Dux Karinthiae, ecclesiae B. M. V. in Caesarea confert jus patronatus ecclesiae in Tapfheim. Dat. apud Volkenmarket Ind. XII. pridie Non. (4.) Junii.

. . . .

Hartmanni, Augustensis Episcopi, consensu, Hiltbrandus, miles de Isenbrehtshoven, conventui in Caesarea dat bona quaedam in Glabein. Act. et dat. in Dylingen II. Id. (12.) Junii.

Ludovici Comitis de Oetingen consensu, Offemia, Relicta Ramungi, militis de Milenhart, coenobio Caesariensi confert piscariam apud Rudolfesteten. Testes: Cunradus, Dapifer senior de Rechenberg, Gerungus, Pincerna de Erin-

Franconica.

Mauricius, Abbas Sancti Egidii in Nuremberg, sororibus claustri Sanctae Mariae Magdalenae ibidem in cambium dat praedium suum Crotenbach (Krottenbach, praef. Schwabach) et unam aream mulieris dictae Geisel, Nurenberchae apud Albertum Megog sitam, et insuper XV. denarios colligendos apud Cunradum dictum Snabel, pro manso uno in Craphteshof. Testes: Marquardus Pfinzing et Cunradus Forchtlin, claustri dicti Provisores, sigillo Abbatis Sancti Jacobi Ratisponae roboratum. Dat. apud Nuremberg IV. Id. (10.) Junii.

Annus.	Bavarica.
1269.	Leo, Episcopus Ratisponensis, Heinricum de Borbach et Chunradum de Türtenvelt, milites, confirmat in possessionibus Wolfhardi de Chleiheim, i. e. in curiis in Umbchoven, in hubis Herising, Inenchoven, Helschoven et Obern Watenpach. Actum apud Landeshut, in domo Swikkerii. Datum in Aerting Id. (13.) Junii. vid. *Ried* l. c. n. 637.
1269.	Bertholdus, Bambergensis Episcopus, Ludovico Duci confert oppidum Amberg, et alia feoda, ex morte Bertholdi, Marchionis de Hohenburg, et fratrum ejusdem, Ottonis scilicet, Dieboldi et Ludovici, devoluta, nec non advocatiam bonorum et hominum Nittenowe caeteraque feoda quae quondam Albertus Luzemannus de Lapide tenuit. Actum et datum in campis apud Novam Civitatem XIII. Kal. Julii (19. Junii). vid. *v. Falckenstein* C. D. p. 59. *Lünig* Part. Spec. Cont. II. 4. *Tolner* Hist. Pal. 80.
1269.	Litterae reversales Ludewici, Comitis Palatini Rheni, Ducis Bavariae. Datum inter Kestenburc et Novam Civitatem, die eodem.
1269.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
gen. Acta proxima feria IV. ante Viti (12. Junii), apud Walrestein.	
. . . .	Bertholdus, Babenbergensis Episcopus, Ludovico Bavariae Duci confert officium Dapiferatus ecclesiae Babenbergensis, ex Imperatore Friderico abhino devolutum, cum feodis pertinentibus, castro scilicet Hohinstein, advocatia Hersbruck, Vilseck, Auerbach, Pagenz, Velden, sed reservata sibi advocatia civitatis Vilseck. Act. et dat. in campis apud Novam Civitatem (Neustadt an der Hard) XIII. Kal. Julii (19. Junii). vid. *Ussermann* l. c. 172. v. *Falckenstein* l. c. p. 59. *Oetter* l. c. II. 553. Hist dipl. Norimb I. p. 162. *Tolner* Hist. Pal. p. 80. *Lünig* Part. Sp. Cont. II. 4.

Annus.	Bavarica.
1269.	. . . .
1269.	. . . .
1269.	Hermanni, Abbatis in Altah (Niederaltaich), Chunradi Praepositi in Osterhoven, nomine Jutae, Abbatissae de Obermunster, et nobilis viri Alberti de Hals, utriusque monasterii in illis partibus Advocati, arbitrium supra finibus pratorum villarum Munichdorf et Wizzensing. Testes: Hugo de Rotenman, Judex Ducis. Rudegerus Judex de Osterhoven. Actum in vigilia Sanctae Margarethae (11. Jul.).
1269.	. . . .
1269.	. . . .
1269.	. . . .

Alemanica.	Francónica.
. . . .	Lodwici, Comitis Palatini Rheni, Ducis Bavariae, reversales, se officio isto Dapiferatus non alio modo, quam Fridericus, Romanorum quondam Imperator, tempore Ekperti Episcopi, esse usurum, clerum et ministeriales Babinbergenses ultra jus debitum non impediturum, nec castrum ullum vel munitionem de novo erecturum. Testes: Fridericus Burggravius de Nurenberg. Hermannus et Rudolfus de Hurnhaym. Hadmarus de Labro. Meinhardus Comes de Roteneck. Gebhardus de Wilhaym. Act. et dat. ibidem et eodem. Ind. XII.
. . . .	Hermannus et Otto fratres, Comites de Orlemunde, silvam quandam ex alia parte Tusschnicz prope Bupach (Buchbach, praef. Teuschnitz) sitam, cum Langheimensi monasterio hactenus litigiosam, liberam isti dimittunt. Testis: Ulricus de Heselo, Comitum Advocatus in Lewenstein. Act. et dat. VIII. Kal. Julii (24. Jun.).
. . . .	Wolserus, dictus Cropho de Ehmodesheim, ecclesiae Sanctae Mariae in Ebera vendit bona sua in Hittenheym (Hüttenheim, praef. Uffenheim). Acta die divisionis Apostolorum (15. Jul).
. . . .	Onolsbacense Capitulum et Al... nobilis de Hohinloch, actionem suam injuriarum submittunt arbitrio Domini L... Comitis de Otingen, Domini Gotfridi de Brunecke et Domini L... de Uffinheim, Canonici et Archidiaconi Eistettensis. Act. in die Sanctae Mariae Magdalenae (22. Jul).
Haeinricus, Praepositus ecclesiae sanctimonialium in Wihenberc, vendit T... Abbati de Caesarea duo praedia dictae ecclesiae in Turhaein Inferiori. Dat.	

Annus	Bavarica.
1269.	Leo, Ratisponensis Episcopus, in causa monasterii Sancti Emmerami et Canoniae Rorensis, ex arbitrio Praepositi Sancti Magni, et Magistri Gotfridi, veteris capellae Canonici, Rorensi ecclesiae confirmat decimationes in Oberror, Allntshausen, Perg, Laber, Atlhausen, Helchenpach, Oberhelchnbach, Reicheureut, Gerreichsperg, Aspach, Chranholz, Schackarsperg, Nuedergrunbach et in Allntshausen. Acta IV. Idus (10.) Augusti. vid. Lib. Prob. num. 93.
1269.	. . . .
1269.	Coram Petro, Pataviensi Episcopo, Albertus de Bernstain recognoscit, se bona defuncti Hainrici de Harchaim non a nobilibus de Halse, sed ab ecclesia Sancti Stephani in feodum accepisse, et postea Heinrico de Harchaim in manus Ottonis Episcopi, ut dominabus in Niedernburg conferantur, resignavisse. Act. Pataviae V. Kal. Septembris (28. Aug.).
1269.	Petri, Pataviensis Episcopi, testimonium, quod bona fratrum de Pernstein, a monasterio in Niedernburg comparata (vid. 1264.), nunquam a domino de Hals relevaverint. Act. Pataviae V. Kal. Septembris (28. Aug.).
1269.	. . . .
1269.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
in Wihenberc IV. Kal. Augusti (29. Jul.) Ind. XII.	
Brunonis, Brixinensis Episcopi, indulgentiae pro ecclesia monasterii Ottenburani. Dat. Viterbii VI. Kal. Septembris (27. Aug.).	
Conradus, dictus Grimmenstein, miles, ecclesiae Sancti Galli Ministerialis, et frater suus Rudolphus de Valchenstain, Adelhaidi, Abbatissae monasterii de Schönenveld Superiori, vendunt curiam suam haereditariam in Wollashusen, pro XXVI. libris Augustensibus. Factum Ind. XII. Kal. (1.) Septembris, Romana sede vacante.	
. . . .	Heinricus Comes de Kastele capellae infra muros civitatis Herbipolensis remittit jus advocatitium ex vineto in marchia villae erbrunne. Testis: Uto Dapifer. Acta IV. Non. (2.) Septembris.

Annus.	Bavarica.
1269.	. . . .
1269.	Sententia Sancti Andreae et Sancti Viti Decanorum, tanquam judicum delegatorum, in causa Canonicorum Frisingensium et fratrum Ulrici et Hermanni, dictorum Unnehuser, super proprietate praediorum quorundam urbanorum in civitate Frisinga, duarum videlicet domuum et cellarii cum areis, quondam Stadlaerii dictorum Actum et datum VI. Id. Septembris (8. Sept.).
1269.	Wernhardus, Comes de Leweberc, judicium villae in Marchelchoven (Markelkofen, praef. Vilsburg), quod vulgariter Dorfgericht sive Chirchgericht nuncupatur, resignat in manus Leonis, Episcopi Ratisponensis, salvo tamen sibi judicio Comitiae, quod extra dictam villam in generali suo placito consuevit haberi in publico suo Consistorio, quod Schranne vulgariter dicitur. Datum Ratisponae VI Id. (8.) Septembris. vid. *Ried* l. c. n. 540.
1269.	Coram Petro, Pataviensi Episcopo, Wolflinus de Tragmansried renunciat duobus beneficiis in Chessenberg, ab ecclesia Sanctae Mariae pridem receptis. Dat. Patav. IV. Id. (10.) Septembris.
1269.	Hermannus, Altahensis (Niederaltaich) monasterii Abbas, cum Domino Hilprando de Puchpereh et Alberto de Satelpogen, soceris domini Hartlibi de Winzer, transigit super duabus curiis in Raeting, Hartlibo jure feudali concessis. Actum in Altah in die Sancti Jeronimi (30. Sept.).
1269.	Idem iisdem confert curias duas in Reting. Actum ib. et eodem.
1269.	Ludwig, Pfalzgrave zu Rein und Hertzog in Pairn, söndt die Vnsönne aus zwischen Leo, Pischof zu Rengspurg und Frideriche von Raidenbuch ze Raidenbuch, Ritter, als des Pistums Erbschengk. Geschehen zu Rengspurg an S. Remig Tag (1. Oct.). vid. *Ried* l. c. n. 541.

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Fridericus Burggravius de Nuremberg monasterio Halsprunnensi donat curiam suam in Oberndorf (prope Lenkersheim) et duas silvas, unam dictam Forst, alteram Gunderamsgescze, (Schussbach et Kondermannsgesefs). Act. juxta pontem Wikershoven, (Weikershofen prope Zirndorf) VI. Id. (8.) Septembris. Testes. Arnoldus de Seckendorf. Wolkoldus de Nurenberg, miles. vid *Oetter* l. c. II. S. 555. v. *Schütz* l. c. S. 96. n. 59. v. *Falckenstein* l. c. S. 68. n. 59. *Id.* Cod. dipl. antiq. Nordgaw. S. 58. n. 56. *Histor. Norimb. dipl.* S. 164. n. 32.

Annus.	Bavarica.
1269.	. . . .
1269.	Conradus de Wildenroden et coenobium in Wessinbrunne de hominum suorum libero matrimonio conveniunt. Acta Non. (7) Octobris.
1269.	Elizabet, Abbatissa in Niwenburch, praedium quoddam penes civitatem Niwenburch (Neuburg) situm, Diepoldo, civi ibidem, jure censuali possidendum confert. Acta Non. (7.) Octobris.
1269.	. . . .
1269.	. . . .
1269.	Laudum Gebhardi de Hirzperch et Friderici de Truhendingen, Comitum, Superarbitrorum, de dirimenda controversia inter Ludovicum et Heinricum Duces, ob dividundam haereditatem avunculi sui Conradi. Act. et dat. in Aufhausen (ad Laberam majorem, Castrum in Comitatu Kirchberg) IV. Kal. Novembris (29. Oct.). vid. *Aettenkhofer*, 176.
1269.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
Sifridus Dapifer, Senior de Donnersperch, ad manus Ludewici Comitis de Oettingen resignat advocatiam ecclesiae in Wihenberch (Weihenberg, praef. Wertingen). Act. et dat. VI. Non. (2.) Octobris.	
. . . .	Bertramus, Commendator Domus Sanctae Mariae Theutonicae in Munrichestat, Bernolfo de Swarza, civi Herbipolensi, vendit quatuor jugera vineti in Novo Monte apud Herbipolim. Testis: Cunradus Commendator Domus Herbipolensis. Actum et datum feria quarta ante festum Mariae Magdalenae (18. Jul.).
Hermannus, molendinator in Wertungen (Wertingen), Heinrico, Praeposito in Wihenberch, promittit, se velle	

Annus.	Bavarica.
1274.	. . . .
1274.	Rudolphus, Romanorum Rex, Salisburgensi Archiepiscopo, Pataviensi et Ratisponensi *Episcopis*, caeterisque Regni Proceribus, absente Rege turbati Regni res gerendas commendat. Dat. in Hagenawe IV. Non. (2.) Augusti Ind. II. Anno Regni II.
1274.	Idem ecclesiarum Salisburgensis, Ratisponensis, et pataviensis Privilegia et immunitates confirmat. Dat. ibidem III. Non. (3.) Augusti Ind. II. *Anno Regni* I. (Sic rectius quidem, quam supra anno II.).
1274. circiter.	. . . .
1274.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
intra XIV. dies deportare et auferre molendinum suum in loco publico, Viehewaid, aedificatum, nec non aliud molendinum in Wertingen, si monasterium ex communicationis ecclesiasticae absolutionem, et a Marchione Burgaviensi proscriptionis remissionem sibi procuraverit. Acta III. Kal. Augusti (30. Jul.).	
. . . .	Hermannus, Scultetus de Rotenburch, Lupoldo fratri suo, Magistro Coquinae de Norteoberg, et L... filio suo, jus patronatus in ecclesia Gattenhoven (praef. Rotenburg) solitarie concedit. Dat. IV. Non. (2.) Augusti. Testis: H... Notarius de Rotenburc.
Civium Augustensium ad Archiepiscopum Moguntinum supplicatio, ut Dominum Rudolphum Regem commoveat, liberare civitatem a debitis, pro quibus, Archiepiscopo suadente, fidem suam interposuissent. Dat. Augustae III. Id. (11.) Aug.	
. . . .	Bertholdi, Babenbergensis Episcopi, indulgentiae pro noviter consecrato choro et altari monasterii Sanctae Mariae Magdalenae, extra muros Norimbergenses, ad instantiam Chunradi Butiglerii, Marquardi Sculteti, et Universitatis civium ibidem. Dat. XVI. Kal. Septembris (17. Aug.).

Annus.	Bavarica.
1274.	. . . .
1274.	. . . .
1274.	Ad subsidium ecclesiae Ratisponensis, ignis voragine destructae, indulgentiae conceduntur, per Chunradum, Episcopum Frisingensem, Lugduni in Concilio Generali VII. Id. (9.) Maii; per Cunradum, Magdeburgensis ecclesiae Archiepiscopum, Lugduni VI. Id. (10.) Maii; per Episcopum Neunburgensem, Lugduni XVII Kal. Junii (16. Maii); eodem dato per Fridericum, Merseburgensem Episcopum, Petrum, Pataviensis ecclesiae Episcopum, Ottonem, Hildeshaimensem Episcopum, Brunonem, Olmocensem Episcopum, Chunradum, Argentinensem Episcopum, Heinricum Treverensem Archiepiscopum; per Ottonem, Mindensem Episcopum, Volradum, Halberstadensem Episcopum, Wernhardum, Sekhoviensem Episcopum; per Hiltbrandum, Eistetensem Episcopum; porro per Fridericum, Salzburgensis ecclesiae Archiepiscopum, Lugduni MCCLXIV. X. Kal. Junii (23. Maii); sub eodem dato per Wetigonem, Mihsenensem Episcopum; per Johannem, Chimensis ecclesiae Episcopum; per Wernhardum Seccoviensem; per Gundissalvum, Compostellanum Archiepiscopum; per Robertum, Nivernensem Episcopum; per Sanctium, Tolletanensis ecclesiae Archiepiscopum, totiusque Hispaniae Primatem; denique per Gregorium Papam X. Lugduni VIII. Kal. Septembris (25. Aug.). Pontif. anno III. vid. *Ried* l. c. num. 559.
1274.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Itidem pro noviter consecrato choro et altari parochialis ecclesiae Sancti Sebaldi Norimbergae. Eodem.
. . . .	Chunradi, Frisingensis Episcopi, indulgentiae pro restauratione Kathedralis ecclesiae Babenbergensis. Dat. apud Erchingen XIII. Kal. Septembris (20. Aug.).
Hermannus de Hurnheim conventui de Schoenvelt inferiori vendit curiam unam in Haerchaim pro LXIX. libris Hallensibus, sub sigillis filii sui Rudolfi, Praepositi de Fuhtwanch, et Cunradi de Lierheim, nepotis sui. Testes: Ulricus de Trohtolvingen, Fridericus frater suus, Fridericus antiquus, Minister de Hurnheim. Hermannus Officialis de Haholtingen. Heinricus gener suus, dictus Spaet. Dat. et act. in die Prothi et Jacincti,	

Annus.	Bavarica.
1274	. . . .
1274.	Gregorius Papa X. monasterium in Superiori Altah, Ratisponensis Dioecesis, sub beati Petri protectione suscipit. Datum Lugduni VIII. Kal. Octobris (24. Sept.). Ind. III. Pontif. anno III. (M. B. XII. 132.)
1274.	. . . .
1274.	. . . .
1274.	. . . .
1274.	Chunradus, Frisingensis Episcopus, Capitulo Isniensi confirmat curiam quandam apud Isn, vulgariter in dem Pach, a Wernhardo de Craheim, milite, comparatam. Datum Frisingae V. Non. (3) Octobris.
1274.	Idem confirmat obligationem ab Emichone, fratrueli suo, Sancti Andreae Praeposito, susceptam, ex domo lapidea, magnis ejus sumtibus in area Praepositurae in monte exstructa, annuatim duo oblagia LX. denariorum Capitulo cathedrali et Sancti Andreae persolvendi. Datum Frisingae III. Non. (5) Octobris. vid. *Meichelbeck* l. c. II. Instr. 123.
1274.	Gregorius Papa X. monasterio Sancti Emmerami ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinenti omnia privilegia (*ad novi Abbatis Haymonis instantiam*) confirmat. Lugduni V. Id. (11.) Octobris. Pontif. anno III. vid. Lib. Prob. num 104.

Alemanica.	Franconica.
Martyris (11. Sept.), in Castro Haholtingen.	
. . . .	Capitulum ecclesiae Herbipolensis Capitulo Haugensi, ob praebendas propter guerrarum discrimina valde imminutas, parochialem incorporat ecclesiam in Versbach. Actum in Capitulo majori, in crastino exaltationis Sanctae Crucis (15. Sept.).
Cunradi, Abbatis Elwacensis, literae super decimis in villa Muenster. Datae VI. Kal. Octobris (26. Sept.).	
. . . .	Guta, dicta Schachennin, monasterio Ebracensi vendit tres mansos in Inferiori Spiesheim. Acta in die Sancti Michaelis (29. Sept.).
Cunrado, Elwacensi Abbate consentiente, Cunradus vir nobilis de Lierheim monasterio Caesariensi legat hubam quandam in Motingen, Elwacensi ecclesiae feudalem. Acta VI. Non. (2) Octobris.	

Annus.	Bavarica.
1274.	. . . .
1274.	Petrus de Anagnia Abbatem de Methem, tamquam Procuratorem monasterii Sancti Emmerami), quittat de marca una argenti, in signum exemtionis soluta. Dat. Lugduni XV. Kal. Novembris (17. Oct.).
1274.	Gregorius Papa X. monasteriis sororum ordinis Sancti Augustini, secundum instituta ordinis Praedicatorum viventium, indulget immunitatem decimae ad subsidium terrae sanctae impositae. Datum Lugduni V. Kal. Novembris (28. Oct.). Pontif. anno III. (M. B. XVII. 18.)
1274.	Fridericus, Archiepiscopus Salisburgensis, edicit regulas vitae clericorum, secundum *statuta* concilii Lugdunensis. Act. Salzburgae IV. Kal. Novembris (29. Oct.).
1274.	. . . .
1274.	. . . .
1274.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
Literae protectionis Rudolphi, Romanorum Regis, pro monasterio de Caesaria. Dat. Gemundii Idus (15.) Octobris Ind. III. Regni anno I. vid. *Lünig* Spicil. eccl. III. 329.	
. . . .	Methildis, Domina de Durne, coenobio in Selingetal confert bona in Ruchesheim, antiqui quondam Sculteti, cognomine Rechee, a Sturzelino milite et Ottone dicto Zehen comparata. Datum in festo Sancti Martini (11. Nov.). vid. *Guden* l. c. III. p. 694.
. . . .	Ludewicus, Electus Amorbacensis, conventui sanctimonialium in Seligental, ad instantiam Matronae Mehtildis de Durne, claustri hujus fundatricis, acceptis quinquaginta libris, annuum canonem remittit. Datum in die Sancti Martini (11. Nov.). vid. *Guden* eod. p. 693.
. . . .	Otto et Fridericus, Comites de Truhending, nec non Fridericus, Praepositus Orngawensis, fratres, Friderici patris et Margarethae matris testamentum pro anniversario ipsorum in Lancheim adaugent per villam Watendorf (Wadendorf, praef. Schesslitz). Act. apud Nurmberg XV. Kal. Decembris (17. Nov.). vid. *Ussermann* l. c. p. 175. v. *Schultes* l. c. S. 86.

Annus.	Bavarica.
1274.	Rudolphus, Romanorum Rex, privilegia Pataviensium innovat. Dat. Norimberch XI. Cal. Decembris (21. Nov.). Ind III. Regni anno II.
1274.	. . . .
1274.	. . . .
1274.	Privilegium Henrici Ducis Bavariae de libero transitu vini et frumenti et panni, monasterio Seonensi concesso apud Burchhusen et Scharding. Datum in Burchhusen VI. Kal. Decembris (26. Nov.). (M. B. II, 138)
1274.	. . . .
1274.	. . . .
1274.	Leo, Ratisponensis Episcopus, agnoscit Fridericum Sacerdotem tamquam ecclesiae in Schambach perpetuum Vicarium, auctoritate Apostolica per Peringerum, Praepositum Isinensem, constitutum. Acta Ratisponae in consistorio Episcopali XIII. Kal. Januarii, in vigilia beati Thomae (20. Dec.).
1274.	Heinricus, Episcopus Tridentinus, Romani Regis Prothonotarius, omnibus, qui ad reaedificationem monasterii Sanctimonialium de Pettendorf praef. Neuburg), per ignis incendium deformati, subsidia erogaverint, indulgentias impertit. Dat. Ratisponae, in die beati Thomae Apostoli (21. Dec.).

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Leonis, Episcopi Ratisponensis, indulgentiae pro ecclesia beatae Virginis Mariae, nec non pro fabrica S. Sebaldi Norimbergae. Dat. in Nuremberg X. Kal. Decembris (22. Nov.).
. . . .	Consules, Sculteti, Scabini et Universitas Herbipolensis a civitate proscribunt adhaerentes Bertoldo de Hennenberg, pro Episcopo Herbipolensi se gerenti, et sceleratissimos traditores nobilium de Hohenloch et de Brunekke. Datum dominica ante adventum domini (25. Nov.).
Rudolfus, Romanorum Rex, civibus de Lindorgia promittit, se non alienaturum esse oppidi advocatiam. Datum apud Nurenberg II. Id. (12.) Decembris Ind. III. anno Regni II.	
. . . .	Rudolfus, Romanorum Rex, confirmat donationem praedii Suabach cum parochia, a Friderico Duce de Rotenburg monasterio Eberacensi factam Dat apud Nurenberg XVIII. Kal. Januarii (15. Dec.). Ind. III. anno Regni II.

Annus.	Bavarica.
1274.	. . . .
1274.	. . . .
1274.	. . . .
1274.	. . . .
1274.	. . . .
1274.	Permittente Alberto Rindesmüler, Hermanus miles, dictus Rofs, Sanctimonialibus in Seligenporte tradit bona sibi infeudata in Tennenloch.
1274.	Wernhardi, Secoviensis ecclesiae Episcopi, indulgentiae pro ecclesia Sanctae Mariae, a Hertwico, Canonico Pataviensi, super curia sua in Zelle fundata. Dat. Lugduni.
1274.	. . . .
1274. circiter.	Ulricus de Stauffeneck, Ortwino, Praeposito in Hoegelwerd (praefuit annis 1274 — 1286.) donat praedia Spickenreut et Chendal.

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Heinricus de Zabelstein coenobio Ebracensi donat ecclesiam et montem Sancti Gangolphi. Datum pridie Kal. Januarii (31. Dec.).
. . . .	Rudolfus, Romanorum Rex, confirmat donationem propter nupcias, a Wernhero de Falkenstein Mechtildi, consorti suae in comicia de Nuringis, consentiente domino feudali Ludovico Comite Palatino, factam. Datum Nurenberg Ind. III. Regni anno II.
. . . .	Anna, neptis Chuonradi, militis quondam de Ruhshoven, uxor Sifridi de Vrawenberch, capitulo Eistetensi vendit duas curias suas in Reimpretscelle (Rapperszell, praef. Kipfenberg) pro XLVI libris Hallensis monetae. Testis: Ulricus Judex de Ahbach, dictus de Velkirchen.
. . . .	Alhedis, Abbatissa Sanctae Agnetis Herbipoli, censum claustro Sancti Stephani debitum ex vinea in Rukertshelden, transfert super vinetum in Lemherberch.
. . . .	Fridericus in Gelenhusen, Clericus, domum suam cum horto contiguo, juxta murum seu aream fratrum Praedicatorum in Herbipoli, perpetuo assignat Sororibus sive Beginis, in ipsa nunc commorantibus.
Hermannus miles, dictus de Daxperg, Ottoni, Sancti Michaelis in Wltenbach (Fultenbach) Abbati, tradit jus proprietatis in Silvula, i. e. Holze, et in Eichenhofen (praef. Burgau).	

Annus.	Bavarica.
1275.	. . . .
1275.	Otto, dictus de Straubinga, Heinrici Ducis Bavariae Procurator, tanquam arbiter, filiis Wichmanni, quondam civis Straubingensis, adjudicat hubam in Alburg, ad vitae tempus possidendam et monasterio Rorensi sub annuo censu demerendam. Actum in die Epiphaniae domini (6. Jan.).
1275.	. . . .
1275.	. . . .
1275.	. . . .
1275.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Wernherus, Decanus N. M. et Rector ecclesiae in Hassfurth, cum conventu in Marpurghusen commutat quendam mansum in marchia Marpurghusen, pro alio in Wunfurth. Datum et actum Herbipoli, in crastino circumcisionis Domini (2. Jan.). Pontif. Bertholdi anno I.
. . . .	Bertoldus, Herbipolensis Episcopus, capitulo ecclesiae Sancti Johannis in Houge Herbipoli incorporat parochialem ecclesiam in Versbach. Acta in crastino epiphaniae Domini (7. Jan.). Pontif. Bertoldi anno I. Testes: Manegoldus de Nuwenburc Praepositus. Heinricus de Sternberc, Praepositus Babenbergensis.
. . . .	Popponis et Rudolfi Comitum de Wertheim, et Reinhardi et filii sui Ulrici de Hagenauwe, conventio de communi possessione comparati modo castri Bratshelden (Prodselten, praef. Klingenberg). Acta et contracta in crastino Epyphaniae Domini (8. Jan.). vid. *Guden* l. c. IV. p. 924.
. . . .	Rudolfus, Romanorum Rex, confirmat literas protectionis Cunradi III. Romanorum Regis, monasterio in Halsprunnen pridie Kal. Aprilis MCXXXVIII. exhibitas. Datum apud Norimbergam pridie Id. (12.) Jan. Ind III. Regni anno II. Anno Domini MCCLXXIV. (ex omni alia computatione 1275. Probabile est, Cancellarium Regis anni initium in Calendas Martias vel paschatis festum reposuisse, etenim die XII Jan. 1274. Rex certe non Norimbergae, sed Basileae commorabatur.) vid. *v. Schütz* l. c. p. 105. n. 67. *Hucker* l. c. p. 115. n. 4.
. . . .	Hermannus, Abbas Cellensis apud Herbipolim, ordinis Praemonsstratensis, Domui Hospitalis Jerosolomitani Herbipoli vendit partem decimae de VII. jugeribus in Flechteuode. Datum et actum

Annus.	Bavarica.
1275.	Coram Heinrico, Palatino Comite Rheni, Duce Bavariae, Rapoto de Esenbach vendit Magistro Hertwico bona sua in Essenbach. Dat. et act. apud Burghausen III Kal. Februarii (30. Jan.). (M. B. V. 13.)
1275.	Albertus, Praepositus in Schanrberc, Sanctimonialibus Felicis Portae vendit praedium in Holzheim. Dat. II. Kal. Februarii (31. Jan.). Testes: Heinricus Senior de Lapide et Heinricus filius suus de Haimberc.
1275.	. . . .
1275.	. . . .
1275.	. . . .
1275.	Herburchis, Abbatissa et Conventus in Chyemsee, Cunrado civi in Lantzhuot, dicto Hunt, confert jure feudali duas hubas, sitas in Puoch, sub communi sigillo civium in Landshut (tribus cassidibus). Testis: Rupertus Judex. Acta II Non. (4.) Februarii. vid. Hist. Abh. der Ak. der WW. München 1813. II. 160.
1275.	Ulricus, Dapifer de Eckenmuol, amicabiliter transigit de juribus advocatiae super Capituli Ratisponensis possessionibus in Olentheim, Illenkoven, Seppenhuosen et Chirpfenholtz. Acta Ratisponae proxima feria sexta, purificationem beatae Virginis subsequente (8. Feb.), in ecclesia majori, coram altari beati Petri.

Alemanica.	Franconica.
	infra octavam Epiphaniae (13. Jan.). Ind. III. Pontif. Domini Bertoldi anno I.
. . . .	Reuersales Berhtoldi, Babenbergensis Episcopi, de moneta absque Capituli consensu non innovanda, mercatum cunctorum victualium Capitulo immunem conservando, bona Capituli non perturbando, et parochianos in Cranach (Kronach) non impediendo. Sigillante fratre Episcopi, Comite Emchone de Lyningen, et avunculo suo Eberhardo, Seniore de Sluzzelberch. Dat. apud Babenberg in vigilia purificationis B. M. V. (1. Feb.).
. . . .	Similiter de restituendo pignora ecclesiae, sibi a sacrario maiori per Capitulum concessa, et solvendo debitum LXIV. marcarum argenti, sub hypotheca bonorum suorum in Huntesgeseze (Hundshof, praef. Burgebrach) et in Frensdorf (praef. Bamberg). Dat. ibidem et eodem.
. . . .	Hermannus, Abbas in Cella prope Herbipolim, conventui Ebracensi, connirente Bertoldo Episcopo Herbipolensi, vendit agros in quarto Cophino (Korb Viertel?). Acta III. Non. (3.) Februarii.

Annus.	Bavarica.
1275.	Wolkmarus, Chamerarius de Chemenat, ecclesiae Steingadensi confert curiam in Becstetin, sibi ab avunculo suo, Bartholomeo de Wale, traditam. Act. apud Berhtoldshausen XIV. Kal. Martii (16. Feb.) (M. B. VI. 537.)
1275.	Bartholomeus de Wal dictae ecclesiae donat jus suum in eandem curiam.
1275.	. . . .
1275.	. . . .
1275.	. . . .
1275.	Gregorius Papa X. monasterii Scefelarn privilegia confirmat. Datum Lugduni Kal. (1) Martii Pontif. anno III. (M. B. VIII. 531. sed perperam ibidem sub a. 1268.)
1275.	. . . .

Alemanica.	Franconica.

. . . .

Conradus et Waltherus Pincernae de Clingenburch consentiunt in venditionem vineae cujusdam apud Erlebach (Erlenbach, praef. Klingenberg), vineae Phule adjacentis, a Diethero, dicto Juvene de Heidebach, fratribus Domus Theutonicae in Mergentheim factam, erga oblatam ipsis in recompensationem aliam vineam in Heidebach (Heubach, praef. Klingenberg), Kronenboldere dictam. Dat. XII. Kal. Martii (18. Feb).
vid. *Guden* l. c. Tom. IV. p. 927.

Cunradus de Lierheim fratribus de Caesarea tradit curiam Loherarii in Moetingen, sibi a Cunrado de Siteudorf resignatam. Testes: Eglolfus de Lierheim et filius ejus Rupertus. Fridericus de Trohtoluingen. Datum et actum in villa Moetingen in cathedra Sancti Petri Apostoli (22. Feb.). Sigillatores: Cunradus de Lierheim et avus suus, Hermannus de Hurnheim.

Heinricus de Mindelberch villico de Widergeltingen confert dimidium mansum in Wihte. Act et dat. Mindelberch V. Kal. Martii (25. Feb.).
(M. B. VI. 536.)

Rudolphi, Romanorum Regis, privilegium pro civibus Lindaugensibus, de

Annus.	Bavarica.
1275.	. . . .
1275.	Idem monasterii in Beurne, ordinis S. Benedicti, August. Dioecesis, libertates et immunitates confirmat. Datum IV. Non. (4.) Martii. Ibidem.
1275.	Similiter monasterii Rotensis. Eod.
1275.	Similiter Ebersbergensis privilegia. Eod.
1275.	Similiter monasterii in Tegernse. Eod. (M. B. VI. 222.)
1275.	Similiter monasterii Weihenstephanensis. Eod.
1275.	Similiter monasterii S. Michaelis in Atel. Datum ib. Non. (5. Mart.). Pontif. anno III.
1275.	Leo, Episcopus Ratisponensis, ob graves expensas factas Lugduni, in concilio generali, et in provinciali Salburgensi, et in conventu cum illustri Domino Ottocaro, Rege Bohemorum, pro liberandis possessionibus in Austria, quas Rex occupavit, denique ad delendas expensas in curia Rudolfi, Romanorum Regis, apud Nurenberch celebrata, vendit Ulrico Hachenbergerio, genero Heinrici de Paumgarten, duas curias in Cheszna (Käsnach prope Straubing), pro LII. libris Ratisponensibus. Dat. Ratisponae VII. Id (9.) Martii. vid. *Ried* l. c. n. 561.
1275.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
non alienando advocatiam, vulgariter Castfogit dictam. Datum apud Nurinberch V. Non. (3) Martii. Ind. III. anno Regni II. vid. *Lünig* P. spec. Cont. IV. Th. I. 1298.	
. . . .	Sivridus Praepositus, Bertholdus Decanus Sancti Mauritii Augustae sese officio beati Kiliani devinciunt. Datum Augustae feria secunda proxima post Dominicam, qua cantatur „Invocavit" (4. Mart.).
. . . .	Rudolfus I. Romanorum Rex, Friderici II. Romanorum Imperatoris libertates, Principibus Imperii Ecclesiasticis anno MCCXXXIII. concessas, confirmat, praecipue vero, ut cassata sint in omni civitate vel oppido Alemanniae communia consilia et officiales civium, sine Archi- et Episcoporum beneplacito statuti, et cessent neque

Annus.	Bavarica.
1275.	. . . .
1275.	Ludwicus, Abbas in Tegernsee, redimit ab Oulrico milite, dicto Velsloz, possessiones in Hergershausen, Niwehertingen, et molendinum in Tolnz. Act. apud Tegernsee, pridie Id. (14.) Martii. (M. B. VI. 224.)
1275.	Ottacharus, Bohemiae Rex, monasterio Raitenhaslacensi concedit immunitatem a teloneis in Lintz, Emarstorf, Ibs et Stain. Dat. Pragae Ind. III. Idus (15.) Marcii. (M. B. III. 171.).
1275.	. . . .
1275.	. . . .
1275.	Gregorius Papa X. bona monasterii Hatenhohenawe sub b. Petri protectione suscipit. Datum Lugduni X. Kal. Aprilis (23. Mart.). Ind. III. Pontif. anno III. (M. B. XVII. 19.)
1275.	. . . .
1275.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
	omnes artificum confraternitates seu societates. Dat. Spirae IV. Id. (12.) Martii, Ind. III. vid. *F. I. Hertling* diss. de Comitiis, a Rudolpho I. Habspurgico celebratis etc. Mog. 1778. p. 33.
. . . .	Idem literas Friderici II. Imperatoris anno MCCXX. et MCCXXXIV. Principibus Imperii pro conservandis antiquis iuribus theloneorum et monetandi concessas, ad preces Wernheri, Archiepiscopi Moguntini, confirmat. Dat. Spire III. Id. (13.) Martii. Ind. III. vid. *Lünig* Spic. Eccl. I. Forts. 34. v. *Falckenstein* C. D. Antiqu. Nordg. 61.
. . . .	Fratres et sorores Sancti Theoderici Herbipoli Heinrico Weibelario, civi Herbipolensi, vendunt bona sua in Espenvelt (Estenfeld). Datum et actum in die Sanctae Gertrudis (17 Mart.). Pontif. Bertoldi anno I.
. . . .	Bertoldi Herbipolensis Episcopi indulgentiae pro monasterio Coeliportensi, ad perficiendum aedificium, de opere lapideo inchoatum. Datum Herbipoli X. Kal. Aprilis (23. Mart.), Pontif. anno I.
. . . .	Gisela, matrona Hermanni militis, dicti Taleri, Bertoldo Episcopo relaxat redditus in villa Heidingsveld, marito suo ab Episcopo obligatos. Actum et datum VIII. Kal. Aprilis (25. Mart.). Pontif. anno I. in monte Sanctae Mariae.
Ludwicus, Comes de Oetingen, Trutwino, Abbati de Caesarea vendit	

Annus.	Bavarica.
1275.	. . . .
1275.	Similiter monasterium de Meten, Ratisponensis Dioecesis. Datum Lugduni Kalendis (1.) Aprilis. Ind. III. Pontif. anno IV. (M. B. XI. 447.)
1275.	Albardus, Abbas in Entsdorf, Henrico de Dachshoeler vendit quatuor feuda, sita in villa Chaltenbrunne, pro tribus talentis denariorum. Testis: Miles de Grube, Wernerus filius ejus, dictus de Teurlingen, Judex in Napurg. Dat. et act. II. Non. (4.) Aprilis.
1275.	Ratisponense Capitulum fratribus Sancti Augustini ibidem confert proprietatem domus et areae, Capellae Domini Nostri adjacentis, ab Alberto, dicto Chuofnaig, majoris ecclesiae Plebano, adquisitae, recipitque, ne alienationis exemplum videatur, XXX. librarum denariorum pretium. Actum Ratisponae.
1275.	Literae reversales Capituli Sancti Augustini de Capella Domini Jesu Ratisponae, de construenda fabrica ecclesiae superioris, columnis innexa, sic quidem, ne communis transitus impediatur, nec ibidem fiat sepultura mortuorum. Acta et data Ratisponae II. Non. (4.) Aprilis.
1275.	. . . .

Alemanica.	Franconica.

duas curias in Moetingen; sub sigillis ipsius et patris sui, Ludwici Comitis de Oetingen. Testes: Marquardus nobilis de Hagelen; Ulricus de Warperch; Cunradus de Zupplingen, Imperii ministeriales; Gerungus, Pincerna de Stein; Fridericus, Officialis de Horburch. Cunradus, Notarius noster. Datum et actum VI. Kal. Aprilis (27. Mart.) in castro Walerstein.

Rudolfus, Comes de Monteforti, cum consensu fratrum suorum, Ulrici et Hugonis Comitum, Abbati et conventui in Caesarea tradit curiam in Turheim, Domino Cunrado de Scheppach in feodum concessam. Datum et actum Burgowe Kal. (1.) Aprilis.

. . . .

Hermannus, Abbas monasterii Cellensis apud Herbipolim, Rudolfo, Abbati in Hahelsbrunnen, vendit medietatem curiae, dictae

Annus.	Bavarica.
1275.	Chunradus, Abbas Sancti Stephani in Wihensteven prope Frisingen, ecclesiae Eberspergensi vendit curiam in Wietingen, sibi nimis remotam, pro XL. libris Monacensium denariorum. Datum in Wihensteven, X. Kal. Maii (22. April.).
1275.	. . . .
1275.	Heinricus, Dux Bavariae, in causa ecclesiae de Raitenhaslach, et Ottonis de Walde, super judicio in Cometia Zidlarn, astringit Ottonem ad formam judicii Ottingensis. Act. et dat. apud Burchusam III. Kal. Maii (29. April.). (M. B. VI. 372.)
1275.	Hadenmarus, nobilis de Laber, Abbatissae in Boulenhoven dat duas hubas in Wizzingen (Wissingen, praef. Neumarkt), apud ecclesiam, et molendinum in Pachaupt. Dat. et act. VI. Non. (2) Maii.
1275.	. . . .
1275.	Johannes, Abbas de Waldsassen, ex antecessoris sui Lambertis statuto pro fratrum vestimentis meliorem lanam destinat. Act. III. Id. (13.) Maii. Ind. III.
1275.	Hartmannus, Augustensis Episcopus, Domino Heinrico, militi de Matrey, locat unam hubam, sitam in Muren (Mauren, praef Steinach). Act. et dat. Augustae III. Id. (13.) Maii.
1275.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
	Lugeshouen (villa desolata), juxta villam Urvelt, (Euerfeld, praef. Dettelbach). Dat. feria VI in septimana paschali (19. April), Episcopatus Bertoldi Herbipolensis Episcopi anno I.
. . . .	Fridericus de Rotenstein et Wildebrandus, fratres, ecclesiae Babenbergensi recognoscunt jus in molendino Grube (Grub, praef. Ebermannstadt), et praesentationes Domino Merhardo de Greifenstein debitas. Sigillantibus Domino Alberto de Sluzzelberch, Praeposito Sanctae Mariae in Teurstat, et fratre suo seniore, Domino Eberhardo. Act. in festo Georii Martyris (23. April).
. . . .	Cunradus, Comes junior de Otingen, de consensu uxoris suae, Agnetis, nec non consilio Ludowici, patris sui, et Ludowici fratris, vendit monasterio Halsprunnensi omnia bona sua in villis Merkendorf et Gerwigesdorf (Gebersdorf), pro CL. libris Hallensibus. Dat. Non. (7.) Maii. Testes: Cunradus Dapifer de Lintpurg miles; Rabanus, frater ejus, Ludewicus Advocatus de Herrieden.
Rudolfus Rex Rudolpho, Campidonensis monasterii Gubernatori et curiae	

Annus.	Bavarica.
1275.	Rudolfus, Romanorum Rex, Curiae apud Augustam Idibus (15.) Maii praesidens, subortam inter Regis Ottocari Bohemiae et Heinrici Ducis Bavariae nuncios quaestionem, super possessione vel quasi juris eligendi Romanum Regem, in hunc modum definit: ut vox utraque Palatino Bavarica pro una inter septem computetur. Actum et datum Augustae Regni anno II. vid. *Hund* l. c. I. 80. *Lünig* P. spec. cont. II. 4.
1275.	L... Episcopi Ratisponensis indulgentiae pro monasterio Sancti Nicolai. Dat. Ratisponae XV. Kal. Junii (18. Maii).
1275.	Wernardi, Secoviensis Episcopi, indulgentiae pro fabrica ecclesiae Sancti Nicolai. Dat in Straubinge XIV. Kal. Junii (19. Maii).
1275.	. . . .
1275.	. . . .
1275.	. . . .
1275.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
suae Cancellario, confirmat dicti monasterii Advocatiam. Testes: Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae; Marchio de Burgowe. Dat. apud Augustam, pridie Id. (14.) Maii, Ind. III. anno Regni II.	
. . . .	Henrici, Episcopi Tridentini, indulgentiae pro fabrica ecclesiae pulchrae Sancti Sebaldi Norimbergae. Dat. Nuremberg, in crastino Ascensionis Domini (21. Maii).
Rudolfus de Hurnheim Senior, dictus de Alto Castro, venditionem praedii in Locheobach (praef. Nördlingen), per filium suum Conradum factam, ratam habet. Act. in Claustro Tekkingen, VII. Kal. Junii (26. Maii).	
. . . .	Bertoldo, Herbipolensi Episcopo consentiente, Alheidis Magistra in Inferiori Cella vendit conventui Ebracensi mansum unum arabilis terrae et incultae prope Rosseberg. Acta pridie Kal. Junii (31. Maii).
. . . .	Hermannus miles de Leibesperch, cum filiis Hermanno et Eberhardo, resignant coenobio in Marpurgehusen vineam suam veterem

Annus. **B a v a r i c a.**

1275. . . . .

1275. Rudolphs Romanorum Rex Abbatiae Ebersbergensi, in comitatu Steinhöringen, a quodam Comite Adalberone ejusque uxore Richlinda fundatae, antecessorum privilegia confirmat. Datum apud Augustam XV. Kal. Julii (17. Jun.). Ind. III. Regni anno II.

1275. Ratisponense Capitulum ab Heinrico, dicto Dulci, civi Ratisponensi, recipit quendam hortum extra muros, in Oriente situm, pro eoque tradit conventui Praedicatorum aream Capituli, juxta Chämblerinnam, a latere versus occidentem. Datum XIII. Kal. Julii (19. Jun.).

1275. . . . .

1275. . . . .

1275. Weichnandus de Eyreinspurch in causa ecclesiae Biburgensis, et cujusdam .... de Meirhofen, Judicis Ducalis in Rietenburch, super bonis in Espennelob, arbitrii sententiam pronunciat. Dat. apud Starzhusen III. Kal. Julii (29. Jun.).

1275. . . . .

Alemanica.	Franconica.
	et novam in Ebersberg, et feodum Rudegeri ibidem. Datum XXII. Kal. Julii (10. Jun. ?)
. . . .	Wintherus, Magister Monasterii Majoris, Capitulo ecclesiae majoris confert bona sua. Testes: Manegoldus de Nuwenburg Praepositus. Albertus Decanus. Datum feria tertia post octavas Pentecostes (11. Jun.).
. . . .	Conradus, Comes de Otingen, et Agnes uxor, Rudolfo, Abbati in Halsprunne, nec non Conrado dicto Yorhtlin, et Hermanno dicto Steiner, civibus in Nürenberg, vendunt possessiones suas in villis Surheim (Sauernheim, praef. Heilsbronn), Rute, Breitenbrunnen, Willendorf, Nuwesez, et duas sylvas Hochholz et Crafitholz, pro DCLXXX. libris Hallensibus. Act. in die Sanctorum Martirum Gervasii et Prothasii (19 Junii). Testes: Ludewicus, Comes de Otingen et filius ejus Ludewicus.
. . . .	Sybertus de Wiadeke Plebano de Burch Ebera pro dote altarium B. V. M. et virginis Katharinae annuum censum parochiae suae relaxat. Dat. in crastino Johannis et Pauli (27. Jun.).
Ludwicus, Comes de Oetingen, Trutwino, Abbati de Caesarea, vendit curiam unam juxta Gremheim, Zenhoven dictam, alteram autem cum quinque feodis	

Annus.	Bavarica.
1275.	. . . .
1275.	. . . .
1275.	. . . .
1275.	. . . .
1275.	Heinricus, Dux Bavariae, ecclesiae Otingensi donat omnes decimas quorumcunque proventuum suorum in Traunstein. Dat. in Lantshut Non. (5) Augusti.
1275.	. . . .

Alemanica.

vulgariter Salzleben nuncupatis in ipsa villa Gremheim, cum piscaria in Hermannswiler. Testes: Rudolfus Senior de Hohenhus et filius suus Rudolfus; Ulricus de Wartperch; Marquardus de Hohperch, nobiles; Gerungus Pincerna de Lapide, Babno, Pincerna de Sneit. Hermannus Officialis de Nördlingen, dictus Schiraer. Datum et actum in villa Nördlingen, in octava Sancti Johannis Baptistae (1. Julii).

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

Wolfhardus de Rott, Augustensis Canonicus, conventui de Schoenfeld

Francονica.

. . . .

Bertholdus, Herbipolensis Episcopus, Ottoni de Natten, ecclesiae Onolspacensis Canonico, tradit curiam quandam. Dat. Herbipoli, Non. (7.) Julii. Pontif. anno I.

Gutta, Relicta nobilis quondam Chunradi de Bickenbach, resignat medietatem bonorum, prius Pincernae de Chlingenburg, Babenbergensi Praeposito, ex post autem sibi locatorum. Actum in Holzchirchen VII. Id. (9.) Julii. Ind. III.

Wolfradus de Eberstein Bertoldo Decano, ac Capitulo Herbipolensi, vendit omnia bona sua in Telheim. Actum Crutheim Id. (15.) Julii.

Bertholdi, Babenbergensis Episcopi, consensu, Bertholdus et Heinricus, fratres de Striperch, resignant fratribus in Babenberg, qui Stulbruder dicuntur, jus quoddam, Voitphenninge vulgariter nominatum, in villa Drosendorph (Drosendorf, praef. Bamberg). Dat. apud Babenberg VI. Kal. Augusti (27. Jul.).

Annus.	Bavarica.
1275.	. . . .
1275.	Ejusdem consensu Ulricus de Ekkmül Albino, Abbati Altahae Inferioris, vendit advocatiam super curia in Sifchoven, et dote ecclesiae in Mündraeching. Datum in Straubing III. Id. (11.) Augusti. (M. B. XI. 250.)
1275.	Chunradus Praepositus, et conventus ecclesiae in Ror, Heinrico, Archidiacono Ratisponensi, dicto de Roteneck, conferunt pro vitae tempore curiam in Härphendorf. Datum Ratisponae in vigilia assumtionis B. V. (14. Aug.).
1275.	Meinhardus Comes de Roteneck, et filius suus Heinricus, Archidiaconus Ratisponensis, Rorensi ecclesiae, ubi corpora genitorum suorum requiescunt, donant jus patronatus, cum praedio in Marienchirchen, pro Meinhardi patris anniversario celebrando. Praesente Comite Gebhardo, Meinhardi fratris filio, et consentiente Episcopo Ratisponensi. Datum ibid. et eod.
1275.	Leo, Ratisponensis Episcopus, jus patronatus in ecclesia Sanctmarienkirchen, a Meinhardo, Comite, de Rotenekk et filio ejus Heinrico Archidyacono, ecclesiae Rorensi donatum confirmat. Datum ibid et eod. (M. B. XVI. 141.)
1275.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
Superiori in jus proprietatis tradit curiam, domos et areas suas in Rumoltsried, ab avunculis suis, Hartmanno et Heinrico, nobilibus de Muenstern, et a monasterio de Vultenbach sibi transmissas. Dat. et act. Augustae Id. (10.) Augusti.	
. . . .	Fridericus Comes de Truhendingen et frater suus Pridericus, Praepositus Orngavensis, consentiunt in donationem possessionum Colberch, Egenthal (praef Heidenheim) et Pagenhart, coenobio Sancti Wunibaldi in Heidenheim factam per patrem ipsorum Fridericum, Comitem de Truhendingen, et fratrem eorum Ottonem Dat. IV. Id (10.) Augusti. Testis: Wernhardus *Bedagogus* Domini de Truhendingen.
F... Comes de Zolere Abbati et Conventui in Caisheim confert mansum in Staine, in loco, qui dicitur Unterliu dum. Datum Stetin, in proxima feria	

Annus.	Bavarica.
1275.	Alramus, nobilis de Uttendorf, monasterio Ranshovensi confert pratum suum, dictum Griezwies, circa Feoting et Putenhausen. Acta circa assumptionem B. M. V. (15. Aug.).
1275.	Altmannus Praepositus, Heinricus Archidiaconus, Minhardus et Gebhardus, Comites de Rotenekke, Capitulo Ratisponensi tradunt curias suas Roneg et Reut cum dimidia parte feudi theleonarii et judicii fori ejusdem, et curias Raetershausen et Chatzbach. Dat. Ratisponae die Agapiti (18. Aug.). vid. *Ried* l. c. n. 567.
1275.	. . . .
1275.	. . . .
1275.	. . . .
1275.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
quarta post festum beati Laurencii (14. Aug.) Ind. III.	
. . . .	Bertoldus de Urau in mortis eventum legat Heinrico, Decano de Fuhtewanch, fratri suo, et Cunrado, filio sororis suae, dicto de Tanne, decimam in Urau (Aurach, praef. Herrieden), a nobili Ulrico de Warperch Hiltiprando, Eistettensi Episcopo, resignatam, sibique subinde collatam. Act. apud Herrieden VIII. Kal. Septembris (25. Aug.). Testes: Bertholdus, Abbas de Wilziburch, Cunradus Dives de Tanne. vid. *v. Schütz* l. c. S. 106. n. 68.
. . . .	Ludewicus Senior, Comes de Oetingen, confirmat venditionem piscinae apud Merlach (Mörlach, praef. Herrieden), a filio suo Cunrado Eistettensis ecclesiae Episcopo, Hiltibrando, factam. Dat. II. Kal. Septembris (31. Aug.). vid. *v. Falckenstein* l. c. S 65. n 62.
. . . .	Filii quondam Theoderici et Ottonis, dicti Blumelin de Karlburg, monasterio Ebracensi vendunt bona sua in Windeheim (Frankenwindheim). Actum Ind. III. Pontif. anno I.
. . . .	Bertholdus, Herbipolensis Episcopus, Eberacensi monasterio confirmat proprietates, a filiis quondam Theoderici dicti Bluemlein de Karlburg, una cum judicio villae Windheim (Burgwindheim, praef. Burgebrach) pro CX. libris Hallensibus comparatas, nec non bona, ab Arnoldo, filio Ottonis militis Blümlein de Chlingenberg, in eadem villa coëmta. Act. Ind. III. Pontif. anno I.

Annus.	Bavarica.
1275.	. . . .
1275.	. . . .
1275.	Ottocarus, Rex Boëmiae, annuit separationi parochiae Lienberg a parochia Türschenreut. Act. et dat. in Hamuk II Id. (12.) Septembris. Ind. IV.
1275.	Heroldus, Officialis quondam in Tursenreuth, vendit Johanni, Abbati de Waldsassen, curiam ibidem pro XV. marcis argenti, et III. unciis. Act. die Matthaei Apostoli (21. Sept.). Ind. III.
1275.	. . . .
1275.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
	Theino de Lichtenstein conventui in Marpurgehusen donat mansum in villa Lentershusen cum molendino, vineam in Seckestal (Sechsthal), sexaginta agros, silvae monasterii adjacentes, et quinque bona cum dimidio in Wizburnen, (Wisenbronn). Acta Ind. I. (III). Pontif. Bertholdi Episcopi Herbipolensis anno I.
. . . .	Bertholdus, Babenbergensis Episcopus, ecclesiae in Marpurgehusen appropriat quoddam feodum in Celle prope Eberberc, vulgo Rudegerus Lehen vocatum, et duas vineas ibidem, Gotansberge vocatas, ab Hermanno milite de Liebesberc resignatas. Testes: Heinricus de Sterenberc, Praepositus majoris ecclesiae in Babenberc. Albertus de Sluzelberge, Praepositus in Turstat. Datum Ind. I. (III.) Pontif. Bertholdi anno XVII.
. . . .	Bertoldi Herbipolensis Episcopi indulgentiae pro monasterio sororum de Paradiso in Heitingesvelt. Datum Herbipoli, in die beati Egidii (1. Sept.) Pontif. Bertoldi anno I.
. . . .	Agnes, uxor Cunradi Comitis de Otingen, agnoscit venditionem bonorum Surheim, Riute, Breitenbrunn, Willendorf, Niusez, cum duobus sylvis Hohholz et Craftholz, in dotem sibi assignatorum, Rudolfo Abbati Halsbrunnensi, ac Conrado dicto Vorhtelin, et Hermanno dicto Steiner, civibus Norimbergensibus, rite factam. Dat. in festo Sancti Galli (16. Oct.). Testes: Ludewicus Comes de Otingen et filius ejus Ludewicus.
. . . .	Manegoldus Praepositus, et Diethmarus Decanus Sancti Johannis in Houge Herbipoli, Heinrico Hovemanno ejusque haeredum seniori pro annuo canone conferunt officium in Urvelt (Euerfeld), et praeter alia bona decimas in Witoldeshusen, in Lietwinesperg,

Annus.	Bavarica.
1275.	. . . .
1275.	. . . .
1275.	Conventus ecclesiae Sanctae Mariae in Niedernburg Chunrado in Hove residenti confert curiam in Hove, ab Alberto Chefringario sibi comparatam. Dat. Pataviae V. Id. (9.) Novembris.
1275.	Leo, Ratisponensis Episcopus, et Heinricus, Comes Palatinus, Dux Bawariae, discordias inter homines ecclesiae Ratisponensis et Ducis exortas sopiunt, et damna utrimque illata resarcienda suscipiunt. Datum Dingolfing die beati Martini, (11. Nov.).
1275.	. . . .
1275.	Ratisponense Capitulum Chunrado, Abbati in Prüel, restituit decimas in Schönaich, Hart, Hoven, Haimpuch et Hagenpuch, a Chunrado, Sancti Joannis Ratisponae Decano, tamquam Pastore in Schönaich, et a Friderico Provisore spoliatas. Datum Ratisponae XV. Kal. Decembris (17. Nov.). (M. B. XV. 185.)
1275.	Chunradus, Clericus, Canonicus Matriensis (Matsiensis?) et Plebanus in Ering, ac Gebhardus, Laicus, fratres de Veltpach, filii Gebhardi militis, monasterio Ranshovensi offerunt curiam in Huntern. Dat. et act. Ranshoven, in conventu, in octava Martini Episcopi et confess. (18. Nov.).

Alemanica.	Franconica.
	Schonowe, et in Rodehove. Datum et actum feria sexta proxima post Galli (18. Oct.).
Fridericus, Comes de Truhendingen, ad petitionem fratris sui Ottonis, et patris sui Friderici, Comitum de Truhendingen, fratribus in Caesarea tradit curiam suam Schratenhoven. Testis: Heinricus Nobilis Spaet. Datum et actum in crastino Lucae Evangelistae (19. Oct.).	
. . . .	Hermannus de Stauff, Ministerialis Imperii, et Ulricus, Praepositus suus de Isfelden, resignant monasterio Halsprunnensi jura sua in curiam apud Gutmanneshof. Datae Stauf, in festo Apostolorum Simonis et Judae (28. Oct.).
. . . .	Monasterii de Langheim et Relictae dicti de Steinsvelt concordia de quibusdam agris in Wulflingen, monasterio olim abstractis. Actum feria sexta post Martini (15. Nov.).

Annus.	Bavarica.
1275.	Chunradus, cognominatus Hupfel, ad altare Sancti Emmerami offert domum quandam, sitam ante Smerpuchel, infra muros civitatis. Acta in die Sancti Clementis Papae et Martyris (23. Nov.).
1275.	Wychnandus de Irnispurch monasterio Peuurensi tradit molendinum suum, cum beneficio in Ramsaw. Act. et dat. IX. Kal. Decembris (23. Nov.). (M. B. VII, 139.)
1275.	. . . .
1275.	. . . .
1275.	. . . .
1275.	. . . .
1275.	Leonis, Ratisponensis Episcopi, indulgentiae pro ecclesia Sancti Dionisii in Schäftelaren. Dat. Monaci in crastino beati Andreae Apostoli (1. Dec.).

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Bertholdus, Herbipolensis Episcopus, traditionem decimae in Sturs, monasterio sanctimonialium in Marburgehusen ab Iringo Episcopo anno MCCLVIII. factam, de consensu capituli roborat. Datum V. Kal. Decembris (27. Nov.) Pontif. anno I.
. . . .	Idem Alexandri Papae quarti privilegium, monasterio Marienburghusano pro immunitate decimarum datum, in suorum memoriam redigit. Datum in vigilia Andreae Apostoli (29. Nov.) Pontif. Bertholdi anno I.
. . . .	Idem conventui Ebracensi vendit castrum in Spiesheim, pro pretio centum et nonaginta marcarum argenti. Datum eodem, Ind. IV. Praesentibus: Heinrico Comite de Castele; Heinrico Welvolt, Camerario Episcopi; Arnoldo de Linach Pincerna; Cunrado de Sickershusen Dapifero; Gernodo Hove Schultheizen. vid. *Deductio Immedietatis Ebracensis* p. 252.
Bertholdus, Comes de Greifspach, Trutwino, Abbati de Caesarea, vendit bona sua in Ebermaeringen et curiam Marpach. Testes: Fridericus, Dapifer de Greifspach; Fridericus, Officialis de Horburch; Otto de Wellenwart. Datum et actum in Castro Greifspach, Andreae Apostoli (30. Nov.).	

Annus. **B a v a r i c a.**

1275. . . . .

1275. . . . .

1275. Leo, Ratisponensis Episcopus, indulget Meththildi, filiae Chunradi de Chraphe, ut nubet in familiam aliquam monasterii Sancti Benedicti in Pacuren. Datum Monaci V. Id. (9.) Decembris.

1275. Ortolfus, Burensis ecclesiae Abbas, cuidam Goperto annuit, ut Mehthildem, Chunradi Artocrei filiam, uxorem ducat. Acta in vigilia beati Thome Apostoli (20. Dec.).

1275. Fridericus de Rodanch resignat ecclesiae Brixinensi omnes consuetas exactiones herbergariarum, pabulationum, xaniorum in possessionibus ejusdem ecclesiae, scilicet in valle Lusena, in monte Rodanch, in Pfeeles, in Spingus, in vallibus super Morans, in Jasing, et in molendino Mülbach. Act. in Brixina XIII. Kal. Januarii (20. Dec.).

1275. Fridericus et Gevehardus, fratres Landgravii de Lukenberch, confirmant quae Elisabetha, Landgravia in villa Lachowe monasterio de Waldsassen tradiderit. Act. in die Sancti Thomae Martyris (21. Dec.).

1275 . . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Bertoldus Comes in Hennenberc renunciat bonis in Wolfameshusen (Wolfmanshausen), a patruo suo felicis memoriae, Comite Ottone de Botenloube, ecclesiae Novalis Sanctae Mariae collatis.[4] Testes: Herdeinus Abbas de Biledehusen; Heinricus Abbas de Urowe; Dominus Albertus Praepositus in Rore; Bertramus Commendator Domus Theutonicae in Munrichstat. In vigilia Sancti Nicolai Episcopi (5. Dec). vid. *Schultes* Geschichte Hennenbergs II. 6.
. . . .	Pax jurata inter Bertholdum Episcopum Babenbergensem et Capitulum ibidem, super juribus et steuris hominum, tam in civitate Babenbergensi, quam in emunitatibus consistentium. Dat. in vigilia beati Nycolai, confessoris et Episcopi (5. Dec.). Pontif. anno X. (XVII.)
Confirmante Spatone de Vaimingen vasallus suus, Rudolphus Gruppo, conventui sororum in Medelingen vendit praediolum ibidem. Act. Ind. III.	

Annus.	Bavarica.
1275. circiter.	. . . .
1275.	Agnes de Graisbach, uxor quondam Beranti de Wanga, investit Beroldum Marsarium jure feodi de manso ad Obernune et de manso Gepreche. Die dominica XIII. . . . . . in domo Beroldi Marsarii.
1275.	Albero Libertinus de Bruckperch monasterio Sancti Benedicti in Purren donat curias Ponennsperch et Meslisperch, pro duabus hubis in Vindorf. Datum in Murnawe. (M. B. VII. 138.)
1275.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
Des Burgermeisters, Amanns, der alt und neuen Räthe, der Zunftmeister und aller Burger der Stadt ze Lindau Burger - Ordnung.	
. . . .	Wernerus Archiepiscopus Moguntinus, ne capituli Moxstadensis praebendae inaequales maneant, bona in Holzsassem ad communes usus Decani et Capituli remittit.

Norimbergae,
ex officina Gustavi Philippi Jacobi Bielingi.